Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Epistolae aliquot eruditorum : nunqu[am] antehac excusae, multis nominibus dignae quae legantur a bonis omnibus, quo magis liqueat, quanta sit insignis cuiusdam sycophantae virulentia.

https://hdl.handle.net/1874/433098

EPISTOLAE ALIQVOT ERVDITORVM,

nunc̃ antehac excusæ, multis nominibus dignæ quæ legantur a bonis omnibus, quo magis liqueat, quanta sit insignis cuiusdam sycophantæ virulentia.

THOMAS LVPSETVS

eximio viro Guilhelmo Neſeno S. D.

Ix queam mi Neſene verbis vllis conſequi, quantas ſuſpitiones, quantam expectationem hic excitarant ānotationes Eduardi Lei, quæ iam diuve ſuti res quædam ſacra inter initiatos tātum apud nos circūferebantur. Nō ſic opinor olim metuit rudis adhuc mūdus, cum tumeſcente monte crederet gigantem aliquem prodíturum. Nec tamē tū exiſtimarim murē illum, vbi ꝑdiſſet pro gigante concitaſſe maiores riſus, cq̄ hic excitarit Lei liber nuper allatus, Luteciæ per typographos excuſus. Maledicentiam qua pluſcq̄ muliebríter debacchatur in præfationibus, in indicibus, & apologijs, ſtatim deteſtabantur etiam ij, qui homini bene volunt. Habebat enim hic aliquot, qui ſibi de hoīs ingenio præclare pollicebātur, antecq̄ hic infauſtiſſimus libellus exiſſet in manus hoīm. In annotatiónibus putabāt aliquid eē doctrinę, citātur autores adducuntur ſyllogiſmi, infulciūtur ῥ̄ba magnifica.

Ac primo quidē vtcunq; feruebat lectio vix triduū
præterierat, dici nō potest, q̄ refrixerit res, q̄; displi-
cuerit omnibus & amicis, & inimicis. Nemo non
habebat in ore θησαυρὸν ζητήσασ᾽ εὕρον ἄνθρωπον . Quin
ipse, vt vere dicam, nonnihil metuebam Erasmo pre-
ceptori meo, tametsi non ignorarem hominis inge-
nium. Vix paginas aliquot euolueram, mox lectio-
nem risus obortus interrumpit. Antea nonnihil suc
censebam homini, quod Erasmum a iuuandis indu
stria sua publicis studijs auocaret suis insectatiōibus
At lecto libello cœpit me illius misereſcere, qui tan-
tum malorum ipse sibi accersisset suo iumento, quan
tum nemo maleuolentium erat illi optaturus. Nam
ego vel suspēdio grauius esse duco, quod sic orbi p
didit inscitiam suam, ingenij stuporem, & quod est
inhonestius, tantam animi virulentiam, quātum ha-
ctenus non vidimus in vllo scriptore. Ex animo do-
lebam vel Lei causa, cui melius certe volebam, q̄; ipe
voluit sibi, vel patriæ gratia, cui vereor ne quis impin
gat, quod insula præstantiū alioqui virorum ferax,
tale ouum prodidit, maxime vero quod hac in vrbe
natus esset, in qua & ipse natus sum. Vtinam is qui
talia scripsit, apud Hybernas esset natus, aut Getas.
Nemo nobis Eduardum Leum opprobraret. Si il-
li imposuit cæcus amor sui, si gloriæ siti præceps fe-
rebatur, at saltem non metuebat eruditorum omniū
& animos, & calamos, in se prouocare, præsertim
cum tam diligenter admoneret ab amicis omnibus,
vt aut

vt aut non ſcriberet, aut etiam atq; etiã videret, quo-
modo ſcriberet. Quan q̃ inter legendum non po-
tui tenere riſum, tamẽ ſimul animo cruciabar, hoc de
decus accidiſſe noſtræ Britanniæ, tametſi ſpes eſt fo
re, vt docti vnum Britãnum execrentur ob vnius fa-
ctum, non Britanniam. Sunt enim innumerabiles, q̃
multis milibus aureorum redemptum velint, aut Le
um apud Dacas fuiſſe natum, aut id certe mũdo per
ſuaſum eſſe. Rogo te Chariſſime Neſene, quæ ſunt
iſta Eraſmi noſtri ſydera, vt toties cum huiuſmodi
conflictari compellatur? Hieronymo cum Ruffino
res fuit, Politiano cum Georgio Merula, Fabro cũ
eximio præſule Roffenſi. Eſt aliquid etiam vinci ab
honeſto aduerſario. ERASMVS vir tantus cõ
flictatur cum Leo? Nemo nõ putabat homini men
tem eſſe, nemo non ſuſpicabatur eſſe aliquid iudicij.
Multi putabant & philoſophiæ mediocriter eſſe pe
ritum. Nonnulli Theologum eſſe credebant, cum
res abeſt, proximum eſt videri. Tot ornamentis in-
fauſtus hic libellus ſpoliauit hominẽ, qui vtinã in la-
trinã fuiſſet cõiectus, priuſq; & illi tantum glorię de
traheret, & nobis tantum dedecus cõciliaret. Qua-
re te rogo mi Neſene, Eraſmum admoneas, ne quid
animo cõmoueatur, etiãſi nihil arbitrer eſſe neceſſe,
noui viri prudentiam, nõ ignoro fortitudinem ani-
mi. Plus fauoris illi peperit apud Anglos Lei male-
dicentia, nulli bono non inuiſa & execrabilis, q̃ ipſi
us libri, quibus noſtratiũ multos laudauit. Deinde

dehortare

dehortare, ne dignetur hunc homuncionem respon
sione. Preda indigna est illius vnguibus. Iuuenibus
relinquat iuuenem, sciolis sciolum, magistellis magi
stellum, hoc est similes labris lactucas. Non deerunt
permulti, qui tractent Leum cum suo libello ita vt
meretur. Ipse non sum nescius, q̃p nihil possim in bo=
nis litteris, tamen nihil video in libro Lei, quod non
facile possim refellere. Nã pleraq; talia sunt, vt nihil
aliud quam rideri debeant. An non est huius gene=
ris, quod in prima annotatione assuit, legem quan=
dam ridiculam, qua vult Erasmum toto libro strin=
gere, dicens ipso autore, nefas esse si quis sciens ac vo
lens, in sacris litteris, vel vnum apicem demutet, cum
ille Iesu nomen omiserit, cum si nihil esset aliud, tamẽ
vel vno verbo totus ille tumultus eludatur, si nec vo=
lens nec sciens feceris. Quoties Erasmus posset illũ
viciſſim sua lege stringere si vellet? Quis autem
non rideat illud, quod tam tragicis modis exagge=
rat sacrosanctum illud IESV nomen esse relictum
sine detrimento sententiæ: quasi non grauius flagi=
tium sit, si omittatur nomen Barrabæ, cum detri=
mento sensus. Q̃ autem illud suaue, quod cum
Erasmo imponat crimen supinitatis in sacris litteris
tractandis, ipse toties falso citat autores, ac deprauat
frequenter quod citat. Ait eam se sibi legem statuis=
se, vt non doceat, nisi quod ante didicerit, cum vbiq;
fere doceat, qd̃ non intelligit. Qui risus qui cachin=
ni fuerunt hic inter eruditos de principio, de salutа=
tione

tione angelica, de græcis articulis, in quibus ille sibi mire, sed stultissime blanditur. In secunda annotatione (quę nihil pertinet ad translationem Erasmi, Nam id est Leo fere perpetuum, vt alias res quærat quas carpat, cum in versione non possit inuenire qđ vellicet, qnod tamen proprie professus erat) mirifice tumultuatur atq; delirat. Nec Erasmum attingens, neq; secum constans. Tandem inuolutus ac se cutiens glaucomate, iubet eradi locum totum ex Hieronymi codice, cum potius ille locus sic explicatus, etiam reddita causa, doceat vel Hieronymum diuersa legisse, vel ipsum fuisse alias alia sententia, id quod & illi nõnunquam contigit, & nemini non contingit aliquando, vel certe reliqua loca Hieronymi, in quibus non ita suæ lectionis reddit causam, emendanda potius ad hunc locum. Sed illud suauius, quod Leus cum in secundo libro rursus ad eũ locum venit, folio. xcv. operæprecium est videre, quanta cum impudentia dicat Erasmum fateri, qđ ille monuerit. Nempe locum esse deprauatum in Hieronymo, cum ille nisi ex eo admonitus hoc non intellexerit, imo admonitus vix tãdẽ senserit. Quid felicius hac impudentia? Vtrum hæc scribit hominibus an ouibus, sobrijs an mente captis? An putat quenquam esse tam stipitem, aut lapidem, qui hoc non sensurus sit? Ipse Lei liber testatur hoc eum ex Erasmo didicisse, pro habebit legendum esse habet in cõmẽtarijs Hieronymi. Testatur prior

Erasmi

Erasmi æditio. Et tñ Leus noster arrogat sibi hinc laudem inanem. Qui si tam esset furax alienæ pecuniæ, q̃p est alienæ gloriæ, profecto non tutum sit cũ homine habere commercium. In eadem annotatione rursus incessit interpretẽ græcum, quod ex Hebræo verterit hoc verbum concipere, per hoc verbũ habere in vtero, cum illam interpretationem, quod ad hoc verbum attinet, vtraq̃ probarit ecclesia, tam græca q̃p latina, & nõ patitur Leunculus noster, noster Aristarchulus, vt latina lectio excutiatur ad græcam, cum ille græcam excutiat ad hebraicam, quæ nunc saltem nusq̃p extat. Nam quod extiterit in diebus Hieronymi, contra Leum facit, pro interprete græco. Videtur enim Hieronymus, si modo viderit id qđ significat Leus, admonere voluisse, si hebræa aliter habuissent, q̃p græca. At Hieronymus ait ipm Euangelistam mutasse concipiet in habebit, vt Leus vult, si locus expungat in Matthæum in habet mutato habebit, si locus ille vere Hieronymi sit. Id quod vere videtur esse. Quis autem non diffluat risu, cum Leus iuuenis, & ignotus hactenus orbi, & tã illrãtus q̃p sese declarauit suo libro, tãq̃ grauis cẽsor arbitrio suo edicit, vt radatur locus. Huius farinę sunt ferme oẽs, quas adhuc legi. In annotatione sexta, dispereã si ipse intelligit qd loquat. Nam cũ scripsisset in hũc modũ, Inde mihi q̃p suspectus erat titulus, qđ inter pres Chrysostomi hoc capitulum omiserit, tñ in eratorũ indice, iubet emẽdari & legi, interpres Chrysostomus,

ſoſtomus, quo nihil vnquam legi magis ridiculum. Plane ſi ipſius conſilio ſic emẽdatus eſt locus, oritur ſuſpicio locum ab Atẽſi ſubminiſtratum, & eo poſt defuncto nõ eſſe Leo adhuc intellectũ. In annotatione .xvij. cũ tam inſigniter euulget ineptiam ſuã, vt nuſq; fere magis inſigniter, tamẽ ſuaue eſt videre, quanta cum autoritate blateret, ſe nõ niſi coactũ ab Eraſmo prodidiſſe illius lapſus orbi, cum nihil aliud q; ſuos adhuc prodiderit. Certe ſi ego ſcripſiſſem tales annotationes, niſi fortaſſe tam cæcus amor mei me q̃ q; habuiſſet, q̃ habuit illũ, nemo me ſic acribus ſtimulis excitaſſet, vt dum alienam inſcitiam oſtendo meã ipſius inſigniter traducerẽ Nec dubito quin putet ſe polite & eleganter dicere. Q; q̃ in hac ipſa annotatione dixit, refriguiſſem, pro refrixiſſem. Et q; felix eſt hoc ſermone non ſatis miror pro eo quod erat, nõ queo ſatis mirari. Permulti ſunt taciti ac latẽtes ſolœciſmi. Sed hos æquũ eſt illi cõdonare, cum faſſus ſit in Apologia, ſi quid inerit ſolœcõ, id ſe nõ volẽte committi. At quod nolẽs feceris, non debet imputari ad peccatũ: præſertim apud Theologos, cũ omne peccatũ ſit volũtarium. Nec tamẽ dubito quin Leus vbi fatetur ſe nihil poſſe dicẽdo, ſic ſperauerit accipiẽdum ſermonẽ ſuum, quẽadmodum accipimus illum Pauli, minimus ſum apoſtolorũ, nec dignus vocari apoſtolus. In annotatione .xxxiiij. demiror quo peregrinatus ſit animus Lei. Nam ibi prorſus videtur fuiſſe abreptus ſibi. Ita nõ intelligit,

quod respondet Erasmus, cū tamen respō deat apertissime, se sequi qđ sibi maxime probatur: nēpe parentes eius, potius q̄ Ioseph & mater eius, & addit causam, qđ putet eū locū in quibusdā græcis codicibus esse corruptū timore quorūdā, qui veriti sint appellare Ioseph patrem Christi. At Leus negat illū sequi qđ probat. Miror quid habuerit in aio cū hæc scriberet. Neq; em̄ adeo delirat opinor, vt putet Erasmum statim probare alterā lectionē, ex eo solo, qđ scribit haberi in græcis codicibus, cū vtrāq; legat in græcis, & q̄dā reprobet, ī qbus gręci codices cōsentiunt, & in hac re declararit, ex trāslatione, & causa reddita, vtrā lectionē ꝓbet ac sequat. Et tñ Leus negat illū ꝓbare, qđ ꝓbat. Aut ego apud me nō sū, aut Leus nō erat apud se, cū hęc scriberet. Mirabor si illū stultiorē remittet Louaniū, q̄ accepit. Audio passim multos morbo mētis affici. Si senex eēt Leus, videri poterat deliratio. Nūc in iuuene, qd alić dici p̄t, q̄ morbus? Nisi fortsitan īmodicū studiū, idē facit in iuuenibus, qđ in senibus ætas. Ardui negocij est, intra paucos mēses, tres linguas, & totā Theologiā sibi cōparare. In ānotatione. lvij. tātū est ludor æ q̄tū nō possit explicari plurimis paginis. Nā neq; intelligit Erasmū referre σωτῆρίον ad dæmoniū, eoq; accidente genere masculino, σωτῆρίων. At post in. ij. lib. posuit in neutro. Sed nec adhuc assequit sensū. Nā cū referat ad dęmoniū, neq; σεαυτὸν, neq; ἑαυτὸν quadrat, quia dæmon nō decerpebat seip̄m, sed eū hoc est puerū.

Imo

Imo vel puer ſeipm, vel dæmon eũ. Itaq; nos vehemẽt admiramur, cur ei ſic reſpõderit Eraſmus ἑαυτὸν & σεαυτὸν idem eſſe, niſi libuit illi ridere hoiem ſibi obſtrepentẽ ſuis friuolis nænijs. Aut niſi ſcriptũ erat ab Eraſmo ἑαυτὸν, quod Leus ob inſcitiam fecit σεαυτὸν. Sed longior ſum in epiſtola, q̃ par eſt: Breui vnico libello ampliſſimam ridendi materiam vobis præbiturus ſum. Operis guſtum interim placuit ad te mittere. Illud maximopere abs te peto chariſſime Neſene, per ſacra Muſarum, quibus pariter ſumus initiati, per iucundiſſimam vitæ conſuetudinem, quam ſimul egimus Luteciæ, vt perſuadeas tuis Germanis, Nullam eſſe gentem, cui magis diſpliceat hoc Lei factum, q̃ Anglis. Qui ſi audiret ſannas, riſus, cachinnos, quo glorioſas illius annotationes proſequuntur omnes, ſi audiret quibus diris, quibus execrationibus, quibus deuotionibus, caput illius impetant. Quid ille ſit facturus neſcio: ego ſane ſi Leus eſſem, arborẽ ſuſpẽdio deligerẽ. Imo ſi potes p̃ſuade oĩbus, hunc anglum nõ eſſe, Sed aliũde e Sarmatis, aut ſi mauis ex inferis aduectũ ad nos. Q̃ vellem hoc eſſe verũ, q̃ doleo talẽ pullũ e coccycis ĩ eodẽ nido natũ, in q̃ ego natus ſum. Quis læuus deus hãc lęuã mẽtẽ ĩmiſit Leo? Si gloriã q̃rebat qđ ẽ p̃ſpicuũ, q̃to minoris ea poterat illi parari? Nihil nõ fecit, vt aliq̃d videret ipſi deberi, ĩ poſteriore ędítione noui te ſtamẽti. At ſi ſcripſiſſet librũ de officio regũ de officio mg̃ratuũ, de officio Ro. Pontificis, Cardinaliũ,

Archiepiſcoporũ, Eporæ, quãto fuiſſet gloriæ meæ ſis vberior? Quicquid vſq; cũ officio geſtũ fuiſſet, dicere poterat in indice ſuo, bñ habet, ſic ego monuerã, ſi quid forte mutatũ in meli⁹, ſic monuerã, ſiquid ſecus adnotare poterat in indice, ſe demirari principum impudentiã, qui a tãto viro moniti, nõ meminiſſent officij, & minari poterat, ni ĩ poſterũ facerẽt, nõ fore impune. Hoc ego cũ primis ſuaſiſſem hoi, ſi ſenſiſſem morbi tãtã eſſe vim, vt alio pharmaco mitigari nõ poſſet. Sed obtũdo te. Demiror aũt, cur intãtũ adamet Louaniũ. Etenim poſtq; ſibi propoſuit nihil aliud q; maledicere, poſſet hoc vbiuis facere locorũ. Sed alibi non haberet, vt ſuſpicor, qui illi materiã ſuppeditarent, ſicut habet Louanij. Q; inſignis malitia, plus etiã velle nocere q; poſſis, & ab alijs ſuppetias petere, vt ſis nocẽtior. Mitto ad te epl̃as aliq; Thomę Mori, & Richardi Pacei, q; certius p̃ſuadeas Germaniæ tuæ, q; p̃ter horæ volũtatẽ Leus negocijũ hoc aggreſſus ſit. Adieci, plixã epiſtolã qua Morus refellit monachi cuiuſdã pluſq; inſani conuicia. Tales hiſtriones ſubornãt iſti, vt p̃ tales obſcuros agãt, qd ipſos pudet facere, imo potius, qa nihil pudet, q; videt ſe nõ impune facturos. Nõ eſt opus vt p̃dã hoiem, ip̃e ſe, p̃det breui. Adeo inſanit gl̃æ ſiti, fameq; cũ ſit mũdo mortuus, & cũ angelis tãtũ colloquat, Hermãnũ Phryſiũ ſodalẽ cõem meo noie ſaluta diligent. Vale e collegio corporis Chriſti. An. M.D.XIX. cal. April. Thomas Lupſetus toto animo tuus.

GVILHELMVS NESENVS THO
mæ Lupſeto ſuo S.D.

REuerſus e Germania offendi Louanij fascicu-
lum tuarũ ad me litterarꝝ. Quo nihil vnq̃ obti
git mihi iucũdius. Non aliter placuit Eduardi Lei
liber Germanis, q̃ tu ſcribis placuiſſe Britannis. Ri-
debatur ab eruditis omnibus, Rogabãt me, quales
haberemus medicos in his regionibus. An nuſq̃ naſ
ceretur veratrũ? Proſtabat Francfordię libellus, ne
mo dignabatur emere. Quidam qui emerãt, poſtri
die repoſcebant nũmos. Librum inquientes emere
volebam, tu mihi non librum, ſed rabiem obtruſiſti.
Nemo nõ fremebat Germanorũ, ac dira minantur
omnes. Quod admones tuis litteris, id mea ſponte
feci, non indiligẽter monitus ab Eraſmo. Idem ille
diligẽtiſſime per litteras egerat apud omnes, aut cer
te prẽcipuos amicos ſuos, etiam anteq̃ prodiret Lei
liber ne quid violẽtius machinarentur in Leum, aut
ne conuicijs in illum debaccharẽtur. Idem fecit Lo-
uanij meo iudicio nimiũ diligenter adeo Leo conſu
lens, vt amicos quoſdam offenderit. Nam Leus ſic
abuſus eſt hac hominis humanitate, vt qui ante non
audebat exerere caput, mox auſus ſit etiã ceu victor
inſultare, atq; etiam minari nouam pugnam. Equi-
dem nõ tribuo homini multũ mẽtis, at non arbitror
adeo demẽtem vt id ſit facturus. Forte cõuiciabitur
quod poſſunt & lenones, & ſcorta, ad annotatioẽs
nunq̃ reſpondebit argumẽtis: q̃ tũuis id minitetur.

Cum

Cum habeat non paucos, qui illi rem ſuppeditẽt, nã
venenũ tantum habet domi. Aut me fallit animus,
aut tractabitur pro ſuis meritis: q̃tumuis reclamante
Eraſmo. Hoc dabitur Eraſmi voluntati. Parcet̃ gen
ti, Leus ſe digna feret, vt diſcat nõ blaſphemare. Nõ
feret Germanor̃ animus ſic impetitã gloriam ſuam
Nec illi parcetur, qui nullo modo pepercit homini
de omnibus optime merito. Iam multorũ feruet ſti-
lus. Mrie deſiderabatur, illic Leus ipſe. Paſſim audi
ebam. Vtinã adeſſet. Vtinam liceret ipſum ξεμίσαι.
Sed paucis diebus poſtq̃ prodierat liber Lei: accidit
hic quiddam nõ infacetum. Curarat libellũ ſuũ, bel-
le adornatũ reponẽdum in bibliotheca minoritarũ
Nam prædicatores reiecerũt, quod laudarit hoſtẽ,
vt aiũt, ordinis ſui Capnionẽ. Pulchræ alligatus eſt
cathena, in ipſo ſtatim ingreſſu bibliothecæ: ne non
ad manũ eſſet omnibus, Nam illic repoſitus erat vt
ad exẽplar a Leo recognitũ cæteri ſuos codices emẽ
darent. Nihil enim dubitabat, quin liber omnibus
vnice probaretur. Quo die poſitus eſt illic codex,
donati ſunt aliquot cãtari vini fratribus, boni auſpi-
cij gratia. Vix triduũ opinor præterierat. Cœpit ita
fetere locus, vt ingrediẽtes offenderẽtur, nec appare
bat fetoris cauſa, quod illinc procul abeſſet latrina.
Tandẽ compertũ eſt, librum Eduardi Lei totũ in-
tus ac foris oblitũ foria, velut e fidelia quapiã incru-
ſtatũ: exciſis etiam pagellis aliquot ingẽs omniũ ri-
ſus obortus. Etiam ſi mihi ægre erat id accidiſſe tali

colle

collegio, q̃ certe nõ aliud purius aut ꝓbatius. Parabant excõicationẽ in autorẽ, ſed diſplicebat cã, ob librum concacatum. Nec id ſatis erat. Aedita ſunt ſuper hac re duo Epigrãmata, nõ illepida, quæ nũc ad te mitto. Iam nihil ſupereſt, niſi vt deligatur aliqd̃ ſacrariũ, vbi Lei liber pro cedro longe alio oblitus ſuco ſeruetur, olim ꝓ reliquijs adorandus. Sed breui plura ridebimus. Librũ tuũ expectamus auide. Nã guſtus quẽ cœpimus, ſupra modũ placet. Crede mihi, gratiam inibis apud omnes, qui bene volunt bonis ſtudijs, pro quibus Germania parata eſt, vel arma capere. Quæ ſic execratur Leum, vt indignẽtur etiam ab illo laudari. Hermannus noſter, neſcio quibus rebus offenſus repetijt Lutetiã, quo quietius vacet bonis ſtudijs. Etiamſi res hic ſatis tranquillę ſunt tranquilliores etiã futuræ, ſi mõ vnus abeſſet Camelus. Bene vale ſodalis ſuauiſſime. Louanij duodecimo calen. Maias.

THOMAS MORVS
Eduardo Leo S.P.D.

ACcepi mi chariſſime Lee binas e fratre tuo Gałfrido, & optimo ſimul, & humaniſſimo adoleſcente literas, vtrasq; Louanij ſcriptas: alteras quidẽ decimo, alteras vero. xx. Aprilis die. In ſuperioribꝰ tria potiſſimũ hęc cõtinent. Primũ videlicet tibi eſſe allatum, ac id etiam per Eraſmicos quoſdam paſſim eſſe

esse sparsum, me nõ parum iniquo animo tulisse, te contra Erasmum nõnihil esse molitũ, atq; ob id me abste vsq; adeo alienatũ, vt nõ modo ex amicorũ numero exemerim, sed quippiã etiam aduersus te mali machiner. Quam rem si exploratã haberes, aut tecum libere, si quidẽ possit animus ferre, decerneres, vt ne flocci quidẽ talem amicũ faceres, aut si tibi imperare id nõ posses, quippe qui nihil æque dolenter atq; ingratitudinem feras, habenas dolori permitteres, vt cui ipsa mors, q̃ tanti amici iactura foret optatior, quẽ non vulgariter amaueris, ac pro virili semper in astra laudibus vexeris. Quo minus mirũ sit si tibi iam videatur non ferẽda molestia, si ipse contra tam ingratus, atq; adeo iniquus sim, vt contra amicum velim nec dum auditũ præposterã ferre sententiam. Quare id a me esse factũ nec posse te scribis, nec velle credere quãtumuis id constanter Erasmi cõfirmẽt, anteq̃ eius rei ex meis litteris ipsius fias certior. Secundo loco conatus apud me probare, nihil in toto isto negocio tua culpa cõmissum, sed totam istam tragœdiã Erasmo deberi, fusius explicatiusq; rem omnẽ ab origine repetẽs, totius litis & ortæ simul & auctæ, semina declaras. Primũ quod istã annotandi operã nunc̃q; fueras obiturus, nisi & amore & p̃cibus eius pertinacibus superatus. Deinde qd'ille tuas annotationes vt minutias ac nugamẽta reiecerit, ac nihilo minus a scriba tuo clãculũ sibi curauerit exscribẽdas, indeq; excerpsisse si quid forte in secun-

da æditi-

da æditione mutauit in melius. Nec tamẽ his contẽ
tus, tuũ nomẽ per Europam totã infamẽ reddideris
quasi minuta collegeris, quasicꝫ eadem neotericoꝝ
decretis munieris, negaueriscꝫ ipsi facere vidẽdi co-
piam, quo vel errata corrigat, vel defendat sese. Ter-
cio subijcis quod cũ annotationes tuas in eius dede
cus emittere licuisset, eas tamen hactenus suppresse-
ris, nihil adhuc in eo negocio vltra progredi decer-
nens, nisi prius eas ad reuerendũ in Christo patrem
episcopũ Roffensem expẽdendas, excutiẽdascꝫ de-
disses, qui (si id cuperẽ) mihi quocꝫ vidẽdi faceret po
testatem. Hic oras vt rem æqua lãce examinẽ, perspe
cturus si id fecero q̃ simpliciter cũ eo agas, cꝫ citra fu
cum citra lenociniũ, citra morsum, tantũ annotans,
quid ille scribat, quidcꝫ ipse cõtra sentias. Quod si
qua tamẽ eum acrius liberiuscꝫ taxas, rogas vt ęque
id quocꝫ perpẽdã, videlicet an sic ille mereatur. Iam
fore asseris (nisi longe te tua fallat opinio) vt & graui
ter eũ & fœde lapsum esse comperiã. Hęc vt arbitror
superioris epistolæ tuæ summa est. Iam ad secun-
das litteras, quæ decimo post priores die scriptæ, te
totũ subito mutatũ indicãt. In his emm̃ scribis iam ad-
esse tẽpus quo me eũ declarẽ, quẽ tu me semper apud
animũ tuũ prę̃sumpseris, hoc est æquũ, & cui nullus
vnq̃ affectus (vt tuis verbis vtar) imposuerit. Nam cũ
male ab Erasmo habitus, cõmunibus tamen amicis
rem integrã componendã, donec famæ tuæ consul-
tum esse posset permisisses, libellũcꝫ iam tum reuerẽ
do pa-

do patri Roffensi cuius tu iudicio stãdum censueras
transmisisses, cui rei etiam Erasmus ipse, cum id ei sig
nificasses subscripserat, is tamen longe aliter q̃ præ
se ferebat cogitans intra paucos quibus hæc pactus
esset dies repente in sua contra Latomum apologia,
temere & loco alieno, tamẽ nec abs te lesus plusq̃ in-
sana vomuerit, cuius etsi nomine abstinebat, non ita
tamen id tecte, quin statim clamarẽt omnes, illud te
lum in tuum caput esse contortum. Itaq; etsi nec tuu
um nomen ibi legebatur, neq; res quicq̃ in tuos mo-
res competeret, tamen cum tota Europa sic interpre
taretur, perinde ac palam te nominatimq; designa-
tum accipis: maxime, qd' is tuo rogatu, Apologia
quapiam, hac te suspicione liberare noluerit.
Quare cum ille hoc pacto se gesserit, atq; negoci-
um ipsum, tam longe iam euectum sit, iniuriam mi-
hi te facturum putas, nisi me tam æquum existima-
res, vt non modo sinam verum etiam suadeam id vt
agas sædulo, quo fama tua in tuto collocetur, cui
cum nullo alio modo q̃ æditis annotationibus con-
sulere possis, hac tibi necessario esse grassandum.
Deniq; hoc tam infixum animo tuo persuasumq;
esse, vt neq; bonum quemq̃ nec prudẽtem putes dis-
suasurum. Qua in re me vt amicus perstem, quem-
admodum tu mihi semper fueris, semperq; futurus
sis etiam atq; etiam oras. Tametsi mi Lee tuarum lit
terarum materia tam varia sit ac multiplex, vt breui-
bus respondere non possim, respondebo tamen q̃
breuissi-

breuiſſime poſſum, quando neq; tui temporis multum libet occupare, nec mei tantum ſupereſt, vt inde multū liceat decerpere quod in ſcribēdas huiuſmodi litteras impartiar. Quod ipſum alioquin vt nūc res habet videri poſſim nullo cum fructu facturus, quādoquidem tute tecum quid ſequi velis tanq; iurata ſtyge ſanxiſti, neq; moratus quicq; reditum fratris, & præciſis omnibus omnium amicorum conſilijs Qui quid nunc dicturi ſint haud ſcio. Sequentur fortaſſe quidam vetus illud conſilium, feras, non culpes, quod mutari nō poteſt. Verum iſtud auſim affirmare maxime, ſi eos ante conſulere maluiſſes q; ipſe conſtituere, perq; hercle paucos repperiſſes hic, qui non annotationes iſtas tibi abdēdas, potius perpetuo, q; ædendas eſſe vnq; cenſuiſſent, quos ipſos tamen deierare liquet (quod te quoque Lee certe credo credere) non minus ex animo, vereque eſſe tuos, aliquot item quod ſpero non minus ſapientes, qui te ab iſto ſatagant propoſito retinere, quam ſit iſtorum quiſquis eſt iſthic prudentiſſimus, qui te in æditionem iſtam tam importune protrudunt atque præcipitant. Certe quod a me attinet quemadmodum litteris ac prudentia cuique fere tuorum amicorum ceſſerim: ſic beneuolentia & fide nullum non fidenter prouocauerim, ne tu me putes ea parte ſuperari, qua ſic amari me abs te atque honorifice ſcribis prædicari. Qua in re vicem rettuliſſe, me cum ſummates aliquot viros

teſtes habeo, tum quos neq; potes reijcere, neq; ab
ijſdē potes iam ſæpe nō audiſſe fratrē vtrūq; chariſſi
mum. Q; q; ne fratribus quidē tuis tāetſi fratres ſint
ſtud cōceſſerim, tibi magis vt ex aīo bene velint, q;
ipſe cupiam. Eraſmū fateor vehemēter diligo nec id
ob aliam ferme cauſam q; eam de qua totus eū Chri
ſtianus orbis amplectitur. Nēpe quod inexhauſtis
eius vnius laboribus oēs vndiq; bonaꝝ ſtudioſi lit-
teraꝝ, quantū nō alterius fere cuiuſq; aliquot ante ſę
culis eruditione cū prophana, tum etiā ſacra promo
uerint. Q ua de re nō mihi tamē tam charus debet eſ
ſe, q; tibi, q quod tuæ luculēter oſtendūt littere, haud
quaq; paulo plus fructus ab illo retuliſti. Cōtra non
vnā eſſe cauſam video, quæ ſeorſum tibi mi Lee me
ſtudio nō vulgari deuinciat, vel ipſius, vt reliquas o-
mittā, patriæ cōmunis gratia, vel parentū inter ſe no
ſtrorū, tam amica, tam diuturna coniūctio, quę res
effecerūt, vt ego te olim puerulū certe ſcitiſſimū an-
nis ipſe decem prouectior exoſculatus, iam illā inde
perpetuo deamarim indolē. Sed amicus magis inte-
rim q; familiaris, futurus profecto, quoad per me li-
ceret familiariſſimus, niſi nos diuerſa vitę cōditio, at
q; inſtitutū lōge diſiūxiſſet, nec tam longe tamē diſ-
iūxit vnq;, vt nō ob oculos interim verſaretur meos
eximiū illud tam probe eductū, atq; educatū ad litte
ras ingeniū, doctrinæ ſitis inextincta, tam feruēs in
diſciplinas impetus, tam inſtās & indefeſſa contētio
Q uę me res in ſe libēter intentū magis indies magiſ
q; in

q̄ in amorē tui rapiebāt, vel eā ſpē māximē quod magno cū gaudio pollicebar mihi tēpus aliquando fore, quū noſtra hæc Britānia totū per orbē reliquū tua celebraretur induſtria. Ego quidē hactenus erga te nō aliter ac dixi ſum affectus, qui ne nūc quidē aut amorē retraho, aut ſpem abijcio, tantū abeſt, vt machiner aut miner male. Sed tamē profecto mi Lee, q̄ te vehemētius adamaui, quo maiorē de te nobis promiſi gloriā, eo nūc vror impēſius, cū ea te videā animo tam offirmato moliri, vnde nō ſolus animo p̄ſagiā, neq̄ tibi commodū neq̄ patriæ noſtræ decus acceſſurū, quādo res inuidioſa videbitur vnū te potiſſimū opus illud tā hoſtiliter oppugnare, quod alius haud abſq̄ magno fortunæ, ſalutiſq̄ ſue diſpēdio, cōmunibus mortaliū oīm cōmodis elaborauit, quin periculū eſt, ſi quo cœpiſti prexeris, ne animo te omnes cōmuniter in ſe hoſtili eſſe potius q̄ in Eraſmū iudicent, quorū cōmoda ſtudeas corrūpere, quū huius auertere cōmoda nō poſſis, quippe qui ſuo nequit præmio fraudari apud benefactorꝝ remuneratorē deū, etiāſi apud mortales opus eius vel reijceretur, vel penitus interiret, quorū vel inuidia vel incuria, iā ante numeroſa perierūt, & perq̄ fructuoſa volumina, quorū nihilo minus autores fructū, quē terris afferre ſtuduerūt, ipi retulerūt in cœlo. Verū hic mihi video reſpondendū eſſe ad eam epiſtolæ tuæ particulā, qua tibi cū ingratus eſſe videar, tū iniurius ſi de labore tuo, quē nondū perlegi tam præceps ac mali

gne

gne prę iudicẽ. Ego profecto mi Lee deiectioris animi sum, q̃ vt mihi de cuiusq̃ operibus iudiciũ arrogẽ, satis esse semper ratus ad arcendã temeritatis calũniam, si alioꝝ accessissem calculis, præsertim talium quoꝝ nec virtus obscura sit, nec indubitata doctrina. Quã apud classem quũ velut vno celeumate sensissem plus huic vni, cui tu reclamas operi succlamatũ, q̃ reliquis eius ipsius operibus omnibus, cuius nulli mirifice non applauditur, mihi certe videbar nec præcipitis accusandus iudicij, nec ingrati erga te animi censendus, si ne lecto quidem vllo tui libelli versiculo, tamen illis putarem omnibus magis fidendum esse q̃ tibi. Cui si tam æquus esse debuissem, vt te versionem Erasmi damnasse, non nisi exacto & irrefragabili iudicio præsumerẽ: in illos necesse est omnes grauissimam atq; iniquissimam censuram exercuissem, quos aut tam socordes existimassem vt rem tantam quãtam tu hanc vis videri neglexerint, aut tam stupidos, vt quod tibi fuit tam obuium nõ intellexerint, aut denicq; tam impios, vt pro Christo ei recusarint resistere, cui tu velut Dauid contra Goliath pro Israhel opposuisti temet. In ea demũ re quã recta scirent in magnam ecclesiæ perniciẽ (sic em̃ scribis) tendere. Dabis hanc mihi mi Lee veniã, si tuo malui iudicio timidius aliquãto credere, q̃ apud animum meum cogerer acerbe condẽnare tam multos eosdẽq; tantos: vt tibi sat scio videretur abunde magnum consecutus honorem, quisquis ad viros eiusmodi: ꝟ tute

pute

putetur ac litteris aliquanto propius: q̃q̃ ad aliquot adhuc parasangas distet: accedere. Quod si contra doctos esse dicas qui tecũ sentiant: ea res mihi fraudi esse non debet: quũ ipse vix vnũ audiã aut alterũ qui non sit indoctissimus: quos si tu hic audires suas ob latrantes ineptias, puderet te certe mi Lee scio, talibus te lixis potius quã militibus ducem delegi, nisi te quod non spero Cæsareus ille spiritus afflauerit, vt malis primus esse Mutinæ (nisi nomen excidit) q̃ secundus Romæ. Q̃quam vt est eruditorum ciuilitas, & indoctorum superbia, primum tibi locum opinor citius cedant illi, quam hi vel secundum vel tertium. Quod si tibi forte quidam animum faciunt istic, sunt nimirũ hi propter quos minus audeo hac in re credere tibi, cui haud paulo plus credidissem soli, si non huiusmodi testes accessissent. Non quod illis eruditionem vel auferam magnopere, vel tribuam (nam sunt opinor ex his qui adhuc albi ne sint an atri nescimus) sed quod in ERASMVM nimis quam feruntur iniqui, siue eos vt homines sumus omnes humana titillet æmulatio, siue quod opinor verius dæmon aliquis eius pestis parens excitauit, vt quem nullis ipse rerum damnis, nullis corpusculi, vel morbis vel periculis, potuit a bonis vnquam studijs, & toti terrarum profuturis orbi, reuellere: eum nunc submissis ac subornatis suis istis satellitibus, abducat qui personati sanctimonia,

Christi

Christi negociũ ꝓtexẽtes, Christi negociũ ꝓpediãt, dũ ei qui Christi negociũ vere agit suis Sycophãtijs molestę negociũ exhibẽt, atq; a sacrarũ tractatu litterarũ (vnde velut ex inexhausto prõptuario, ꝓfectui studiorũ coditie fere depromebat aliquid) nũc ad apologias nõ perinde nobis vtiles, atq; ipsi necessarias in trãsuersum agunt. Hi semper vt fertur adornãt aliquos, qui te inter atq; Erasmũ cursitent, & cõsutis vtrinq; mẽdacijs, dũ tibi ab illo falsa atq; illi vicissim abste referũt, vos scelerate committãt, vt tuo periculo suis obsequãtur affectibus, ipsi multo digniſſimi, qui illud potius odiũ subeãt, quod perq; ęgre vitaue rit quisquis id instituet, quod illi iam suadẽt tibi, nõ vt vnũ atq; alterũ decerpas locũ, in quibus aut illũ labi, quod fieri potest ostẽdas, aut hallucinari te: qđ & ipsum posset accidere. Sed in totũ opus adeo cõtorqueas machinã, vt verti prorsus nõ debuisse contendas, necq; si quid a latinis græci discrepẽt codices eiusnõ admoneri, vel si maxime deceat id fieri, tamẽ illũ minime idoneũ esse qui faceret, contra vel hic vel ibi sentiẽtibus nõ omnibus, tãtum vndecũq; doctis & ipso q; doctorũ omniũ calculis anteponẽdo pontifice, nõ maximo solo, sed etiã optimo, cuius ad piũ suasum Erasmus eũ laborẽ obediẽter aggressus, rem bis iam feliciter adiuuãte deo perfecerit, Bis a põtifice, quod eius declarãt venerãda diplomata, gratiam laudẽq; nõ vulgarẽ promeruit. Quãobrem si deli-

bro qui Christi continet: doctrinã, Christi vicario

credidi

credidi, qui eum librū bis iam pronūciauit vtilem, huic inq; si te reclamante credidi, qui librum scribis esse pernicioſum, neque temere me feciſſe, neq; te iniuria affeciſſe iudico, etiam ſi mihi liber tuus omni no eſſet ignotus. At nec is tā prorſus eſt ignotus mi hi, vt nō aliquid inde ſaltem deguſtarim, ex quo reli qua liceat conijcere. Nam & ſi ad me non peruene rat, peruenit tñ ad quoſdam amica tuorꝫ ſollicitudi ne, aliorꝫ iudicia, ne nimiū tibi fideres explorātium, qui cū legiſſent ac perpendiſſent ſecū, tū de re tota ſic iudicaſſent, vt his a quibus acceperant librum ſuade rent, vti ad te ſcriberent, ſi tuo vellent honori conſul tum huic labori ſuperſederes. (Quam rem non du bito, quin ijdem amici tui pro ſua in te fide ſignifica rint) Mihi quoq; velut ſpeciminis loco indicarunt quædam, ſed nō niſi præcipua, quibus potiſſimum videbaris tibi ſpōdere victoriam. Non mihi mi Lee quod dixi, tantum ſumo, vt in Theologicarum re rum controuerſijs feram ſentētiam, ne quis mihi me rito poſſit ingerere, Ne ſutor vltra crepidam. Sed ta men profecto, quas mihi communicabant, quas cer te tanquam primarias cōmunicabant, pleræq; om nes erant eiuſmodi, quas ipſe quoq; videar mihi ſi ne magno poſſe negocio diſſoluere. Quamobrem ex præcipuis cum pleraſq; repperiſſem tales, merito videbar ex illis reliquas quoq;, velut ex vngue, qđ aiunt, leonem poſſe exiſtimare. Nam cuius vngues non læſerint, eius non eſt quod pilos valde pertime

scas. Certe illa contentio de vocabulo ꝓpriꝰ, quam litteris tuis ad nos inseruisti, quæ tam firma videt tibi, vt non vnis litteris mirari te testeris Erasmi impudentiam, quem nõ pudeat in re tam aperta suã tueri partem, nõ mihi modo, sed reliquis quoq;, ad quos eadem de re scripsisti, tam tenuis videtur argutia, vt contra valde miremur, sustinuisse te, vt eam rem ei vicio verteres. Nã si mortales oẽs, tã adamãtinis vinculis, ad Porphyrij constringas εἰσαγωγήν, vt qñ ille propriũ id definiat, qd ita sit meũ, vt nulli sit mecũ cõe, fas idcirco nõ sit eodẽ vocabulo sic vti, q̃ mõ publicitus oẽs vbiq; gẽtes vtũtur, piaculũ ꝓfecto sit si qs post hac propriã dicat patriam in qua natus est, aut propriam vocet parochiam in qua versatur, aut denicq; patrẽ, a q̃ genitus est, appellet ꝓpriũ, si mõ frẽs habeat, quibus sit pater cum illo communis, Quã q̃ nec Porphyrius tam difficilis est hac in parte, q̃ tu, qui plures tradit modos, citra vicium, eius vsurpandi vocabuli, de quo vocabulo, nihil ego in præsentiarꝝ fuerã dicturus omnino, nisi quod in epistolis istud tuis ipse commemorasti. Quando quidem de re tota quid haberẽ animi quũ fratribus tuis, tum amicorum tuorum penitissimis olim indicaui, per quos iam diu ad te id quod volebam peruenisse scio ne nunc primum esset opus id rumore demum, te per Erasmeos disperso didicisse. Venio nunc ad expositionem tuam, qua rem a principio repetis, id videlicet agens, vt ostendas Erasmi tantum culpa to

tam

tam hanc & natam, & altam esse tragœdiam. Quã quam hac in parte profecto operæprecium est videre, vt id quod vnũ sic Erasmo tribuis, vt prętera nihil ipse tibi desumas, & rhetoris hic agas partes, res videlicet per se exiles, cumulatim verbis exaggerãs. Quorum tamen, si quis detracta mole nudas in vnum res collegerit, opinor non inueniet, cur tibi videri debeas ab illo tam capitalit offensus, vt dum illum contingat lædere, ne communibus quidem omnium bonis euertẽdis abstineas manum. Etenim si quis omnia congerat, quę in tuis litteris, vel ad me vel ad alium quempiam memorasti, quibus illius in te contumelias amplificas, summa tamen huc rerum redit tandem, quod tuas annotationes neglexerit. Quæ vt tibi verum fatear non satis vehemens causa multis visa est, cur homo Christiana modestia tam hostiliter opus illud impeteres, quod alioqui te fateris fuisse promoturum, si laus videlicet (nam sic accipiunt) expectationi respondisset tuæ, quæ nunc maligna videbat, quod se tam paucis in locis a te fatebatur edoctum, cũm tamen contra videri debuerit honorificum, si vel vnumquidpiam sese vir omnibus in litteris tantus a te didicisse fateretur. Siue illud vere, siue ciuilitatis causa fassus, cui tu tamen parum ciuiliter mirum est, quod ad sacras attinet litteras, quam nihil omnino tribuas, cum tibi tamen sumas tantum, vt aperte p̃dicas in se cũda quoq; ędítione (in quã denuo tantum studij,

ac laboris collatis etiam tot codicibus, euolutis tot autoribus, tot præterea consultis litteratissimis viris exhausit) Errores tamẽ eum multos magnosq; reliquisse, si non ad tuas annotationes correxerit, quasi quæ tu deprehẽderis, ille neq; sua videlicet, neq; alterius cuiusq; opera puestigare potuerit q; solius tua. Ego mi Lee ingeniũ ac doctrinã tuã tam valde probo q; quisquis probat maxime, nec de te raro glorior. Cęterũ quãdo non dubito quin satis tuo tributũ ingenio cẽseas, si quis illud Erasmico tantũ cõferat, nec expectes opinor vt prę ferat, Industria vero atq; assiduitate studẽdi Erasmũ a puero semper fuisse cõstat insuperabili, magnifice profecto de te sentire videor mihi, si te post hac aliquãdo talem, qualis nũc est Erasmus nõ desperẽ futurũ. Sed tum videlicet de mũ, quũ ad annos hos quos nũc habet ille peruenieris, nec iure tibi videbor iniurius, si te interim ab illo censeã eruditione tãtum a tergo relinqui, quantũ te annis ille p̃cesserit, quos in vnã Theologiã profecto nõ pauciores insumpsit, q; tu in oẽs pene quas a puero didicisti litteras. Nec tamẽ quisq; lõgius ab ea distat arrogãtia, quã obijcis. Quis em̃ aut parcius definit, aut affirmat timidius, quod plęriq; nimis faciunt fortiter. Ille tm̃ quid habeãt libri cõmonet, suo quẽq; iudicio relinquẽs, non vt sibi stetur postulat, qui sicubi dum aĩm aperit, suũ attingat eos a quibus ipse dissentiat, quid facit aliud, q; quod õnibus ætatum omniũ scriptoribus, & vsitatũ est & cõcessum:

& se

&ſe tamen vbiq; ſubmittit eccleſiæ iudicio, ſubinde faſſus hominẽ eſſe ſe, quẽ in eo poſſint opere multa ſubterfugere, quo in opere tu tamẽ deſideras in illo modeſtiã magna cũ autoritate profiteris perfeciſſe te qd' quidẽ ad Theologiã attinet, nã ea eſt opinor quã vocas harenã tuã, ne quis illic poſſit quicq; inuenire poſtea iure quod queat impetere modo correxerit Eraſmus, quicquid tu annotaſti. Q ua profeſſione plus vni ſumpſiſti tibi, q̃ aut Eraſmi pudor vltro delatũ admiſerit, aut ego ambobus certe vobis etiã coniũctis tribuerim, quũ tibi tñ tribuã plurimũ, illi oẽs propemodũ tribuãt oĩa. Q ui quũ iſſit q̃ oĩm minime egeat admonitu, nemo tñ magis gaudet admoneri: q̃ res liquet ex ipſis epl'is, quas ille: tũ in Angliam tum alio quaquauerſus emiſit ad eos quorum iudicio potiſſimũ confidebat, quorũ nõnulli quid ſibi videretur oſtenderũt, oĩbus egit gratias, quo rũdam admiſit monitus, quidã erraſſe ſe ipſo reſcribente ſenſerũt, eiuſq; rei gratia & ipſi egerũt gratias quod quũ docere conarẽtur didiciſſent. Certe nulli us recordor, qui tragœdias mouerit, quod nõ omnia cõſilia ſua Euangeliorũ vice ſuſcepta ſint. Nam quid illud ſibi velit nõ intelligo, quod eum ſcribis ne Morũ q̃dem monitorem ferre. Neq; enim vnq̃ me pro tanto viro geſſi, a quo vel in aliquo litterarũ genere, vel in rerum perpẽſione cõmuniũ, Eraſmus admonẽdus eſſe videretur. Iam quod Dorpiũ ſcribis ab illo male dum admoneret acceptũ. Ego num qd

occul

occultæ ſimultatis interceſſerit haud intelligo certe in ea Apologia qua Dorpio reſpõdit palã, q̃q̃ ab eo prouocatus, ac propemodũ obiurgatus aſpere, tñ adeo modeſte reſpõdit, imo reuerẽter potius, vt nõ aliud vnq̃ quicq̃ tantũdẽ honoris cõciliarit Dorpio q̃ qđ tantũ autoritatis Eraſmus ei p̃ſertim laceſſitus attribuit. Q uæ res vna facit, ne facile adducar vt credam eius beneficij oblitũ Dorpiũ amicũ in ſe tam cãdidũ denuo velle laceſſere. Q ua in ſentẽtia vel eo cõfirmor quod illam epiſtolã quã calore quodã dictarat acerbius, deferueſcẽte impetu, cõſilio cẽſuit cõſultiore ſupprimendã, qua de re ego q̃cp̃ viciſſim preſſi meã qui contẽtiones huiuſmodi qbus vt nihil fructus, ita multũ dãni poſſit oriri, ſopire atcp̃ obruere libẽtius q̃ fouere ſtudeã, q ab eo tpe ſic amaui Dorpiũ ac magni ſemper feci, vt tibi quocp̃ Louaniũ petituro ſuaſerim, eum præcipue ex Louaniẽſibus omnibus eſſe adiũgendũ, qđ nũq̃p̃ certe feciſſem, niſi eũ plane apud animũ meũ p̃ſumpſiſſem talẽ a q̃ tu quẽ (vt vere mi Lee dicã) etiã olim non admodũ æquũ in Eraſmũ cognouimus, in Eraſmi pellicereris amorẽ, quũ ſit Eraſmus illius amãtiſſimus, natura certe tam placabilis, vt neſcio an vſq̃p̃oſſis inuenire quem q̃, q̃ tam multas, ac tam inſignes in ſe cõtumelias, tam patienter tulerit, qui quidem potẽs ſit tam valide retorquere, nec dolori ſuo morẽ, interim regeſtis in maledicos maledictis geſſerit. Nempe qui nec eos, qui locis aliquot ex opuſculis eius ad calũniam delectis nedubitari

dubitari possit quẽ impeterẽt, quidlibet in famã eius impudẽter euomuerint, cõuicia ipsis digna regesserit, sed eorũ dissimulata malicia satis habuit, si sua tueretur scripta, eorq; honori adeo indulgẽter parcẽs, vt nõ modo nihil inde detriuerit, verũ etiã nõnihil astruxerit. Q̃quam hæc illius tã immodesta modestia maxime pfecto fuit in causa, cur tot amputatis huius hydrę capitibus, noua subide repullulẽt, alioq; nõ dubito, quin aliquot eũ minus petulãter incessissent, si sui similes vidissent durius aliquanto reiectos. Venio nũc ad prioris epistolæ calcẽ, quo te significas Erasmo q̃q; vel ad sentiẽte, vel simulãte litem hãc totã reuerẽdi patris episcopi Roffensis pmisisse iudicio, atq; ad eũ tuarq; annotationũ trãmisisse volumẽ. Quod factũ certe siue vtriusq; vestrũ, siue vnius tuum, mirifice laudãt omnes, quũ qd' animos adieceritis ad pacẽ, tũ quod eũ delegeritis pacificatorẽ, qui nõ modo propter eruditionẽ singularẽ, cuius nunc mundũ testẽ habet: maxime sit idoneus qui iudicet: verũetiã propter eximiã pietatẽ nõ sit passurus, quicquid in alterutro boni sit interire. Porro q̃ sic amet vtrũq;: vt toto pectore sit ad concordiã incubiturus homo tam solers ac dexter: vt viã inueniat facile, qua sibi cẽseat vterq; satisfactũ. Verq; eñuero (vt posteriores tãdem litteras attingã) hoc tam salubre propositum seu vestrũ fuerit: siue (quod scribis) tuum: quo sanctius excogitatũ est: eo nimirq; magis est incusandus vtriuscũq; culpa contigit vt deficeretur effectu

Ego

Ego hãc in culpã neutrũ vel impingo, vel eximo, cæ
terũ quid alijs videat exponã, qui primũ id conside-
rant, ꝙ vt ſolus videri vis epiſcopi delegiſſe iudiciũ,
ita primus videris denuo declinaſſe, atq; ita primus
vt ꝓpemodũ etiã ſolus. Nã Eraſmũ ne adhuc q̃dẽ
cõſtat reieciſſe, vt qui prior miſerit librũ, & nullis lit-
teris appellarit a iudice. Q uẽ nec potuit iudicẽ refu-
gere, qui ædito libro oẽs fecerat iudices. Tu contra
cũ librũ huc ad alios iã olim tranſmiſeris clanculum,
eꝑm rem celaſti maxime, nunc vero demũ paterno
quodã affectu conſulentẽ tibi, ne huic te operi immi
ſceas, videlicet ſtatuis iudicẽ, ſed ita ſtatuis, vt nõ an-
te ſibi tributũ hũc mgr̃atũ, q̃ rurſus adẽptũ cogno-
uerit. Nã neq; liber tuus ad eũ venit, neq; litteræ, q̃
iudicẽ illũ facerent, niſi ſimul traditis alteris, qui iudi
candi munus eriperent, ac denũciarent æditionẽ te-
cũ te nullius expectato iudicio decreuiſſe. Hæc atq;
alia conferẽtibus oborit certe ſuſpitio, nũq̃ iſtud ſyn
cere tibi de iudice deligẽdo cogitatũ. Q uã ſuſpitio-
nẽ ꝑter alia cõfirmat tua certe, quæ multis videt per-
q̃ infirma defenſio, qua te videri vis eo loco ex Apo
logia notatũ, quẽ locũ non quiſq̃ cenſet quicq̃ ad te
pertinere. Nã neq; nomen tuũ ibi legis, neq; mores,
qui deſcribunt agnoſcis, & alij ſunt, qui de illo male
ſunt meriti, ijdemq; magis Latomo familiares. Por
ro quidã nõ multo melioribus ab his depicti colori
bus, qui iſtinc huc indies cõmigrant, q̃ eo loco quiſ-
quis eſt ille deſcribit. Q uã obrẽ, vt nulla præbetur
anſa

anſa, qua locus hęreat in te, ſic non deſunt fortaſſe ve
ſtigia, quibus ad eoꝝ quẽpiã perueniat, qui callide
rẽ diſſimulant, & tua credulitate freti, q̃ lõgius ab ſe
ſe auertant, ea te perſona volentẽ ornãt, atq; ita ꝓdu
cũt in ꝓſceniũ, ſuoq; plauſu traducũt publice miſerã
tibus amicis tuis, inimicis ridẽtibus maxime, ſibi pla
centibus ijs, qui te circũuentũ ijs, qui te circũuentum
ſuis verſutijs, vicariũ ſibi hiſtrionẽ gaudẽt ſuppoſuiſ
ſe. Sed teneo, inquis, manifeſtariũ. Nã cũ per fratrẽ
expoſtulaſſem de iniuria, atq; is negaſſet ea ſcripſiſſe
de me, tñ recuſauit me petẽte, aliqua ſaltẽ illud apolo
gia teſtari. Rem ꝓfecto mi Lee neq; illi facilẽ, neq;
tibi vtilẽ flagitaſti. Nã ad hũc modũ alio ſuper aliũ
idẽ poſtulãte, aut illi neceſſe fuiſſet aliquẽ negãdo ꝓ
dere, atq; ex occulta ſimultate aperte bellũ in ſe reci
pere, aut cum ſuæ cauſæ præiudicio, quempiam lau
dare publice, quem paulo fortaſſe poſt palã cogere
tur inceſſere. Tibi vero cenſes honeſte conſulturũ, ſi
ſcrip to teſtet, ſe nõ illoꝝ quę ſcripſit, quicq̃ ſcripſiſſe
de te, quaſi ea videri poſſint alioqui ĩ te cõpetere. An
nõ belle te purgaſſet ſcilicet, ſi ꝓtinus ei loco ſubiũxiſ
ſet, monitos oẽs volo, ne qs nimiũ ſuſpicax hæc me
ſuſpicet vel dicere, vel cogitare de Leo? Quãto tibi
fuiſſet cõſultius, eã rẽ, q̃ nihil ad te attinebat, in te nõ
admittere, & ſi quis in te torq̃re niteret, velut malum
atq; inuidum interpretẽ reijcere, q̃ ſic rem tibi ſume
re, vt vel quæ ſcripta ſunt videaris agnoſcere, vel qd
poſſis expoſtulare non habeas. Ego ꝓfecto mi Lee

quanq̃ te viã video sententiæ meæ præcludere: cum aut famæ tuæ parũ fauentẽ censeas, aut certe non satis prouidentem, quisquis tibi nõ suaserit annotationes istas protinus emittendas, tamen non dubitabo committere, vt vtrobiq; apud te existimationis meę pericliter potius, q̃ vt quæ tuæ putem conductura, non consulam, Id est in primis, vt ab huius ęditione voluminis abstineas, quod tibi nihil boni, multum conciliabit inuidiæ. Nam quod nunc tute tecum reputas fore, vt omnes cognoscant, vel tibi debere gratiã, si quid errati correxerit, vel suæ dãdũ pertinacię, si nec monitus quidẽ correxerit, id vt video pro confesso sumis, cuius fidẽ ęgre fortassis obtineas, vt tuis videlicet corruptis scribis, ex te qcquid ẽ erratũ credat̃ didicisse. Nã eius ipsius qd'affers fidẽ ip̃e nimirꝝ vl'hoc argumẽto minuis, ꝙ nec visa adhuc secunda æditione librũ tuũ tñ statuas ædere. Q d'multi credent, nũq̃ te fuisse facturũ, nisi spẽ cõcepisses aliquã fieri, vt ignoratione tuarũ annotationũ, aliq̊t adhuc errata sua nõ dep̃hẽderit. Nã si cogitares annotationes tuas oẽs ei factas eẽ palã, nõ posses ꝓfecto dubitare, qn aut oẽs illos locos emẽdauerit, aut certe videat, q̊ pacto queat defendere, qui si hoc videat, nõ est qd'magnã posses expectare gloriã, sin illd'fecerit appetitæ perperã gloriæ, vix declinares infamiã, quasi præpostero laudis aucupio nullo iam fructu sis admoniturus, nõ quid nũc viciosum sit, sed quid olim fuerit. At famam inquis purgare debeo, quam ille

depo

depopulatus est, qui nõ minuta modo me annotas-
se clamitat, sed & neotericorũ decretis ea cõmunire.
Hic interim mi Lee, non video qui tecũ constes, qui
tãq̃ facinus capitale obijcis Erasmo, cp parũ neoteri
cis tribuit, quibus ille certe tribuit satis, cũ nescio an
ijsdem quisq̃ plus ademerit, q̃ tute: qui tibi ducis in-
famiæ: si neotericor: decretis tua dicaris annotamẽ-
ta munire. Verum si fama tibi sic esset aspersa macu-
lis: vt necessario purganda sit: nec alia via possit per-
lui: q̃ si confestim iste liber tuus ædat: quãq̃ vel nois
potius aliquam iacturam sustinere deceat: quam vt
dum nostro bono nimium studemus: multorũ bo-
nis cogamur obficere: tamen vt nunc sunt mores ig-
noscam facile: si tibi bene malis esse q̃ alteri. Sed mihi
neq; famæ tuæ tã valde detractũ videtur: & si maxi-
me detractum sit. hac æditione tamen minime posse
restitui. Nam locus ille ex apologia nihil ad te quic-
q̃ prorsus pertinet. Tum si quas huc scripsit episto-
las: nihil minus egisse videtur vel cogitasse: quam vt
tuo noceret nomini: contra vero annum hic fere to-
tum de tuis in eum scriptis susurratum est: quũ nec
interim bonorum quenq̃ viderim tuo gaudere pro-
posito: nec animi erga te offensi vllum ab illo signũ
deprehenderim: nisi quod modo visus est aliquid
de tuo contra se facto conqueri: de te tamen ipso
scribens multo certe quam tu de illo temperantius.
Quorum si quis vtriusq; narrationem perpendat:
vereor, pfecto, ne te potius cõdemnet iniurię, nisi qs

ea credat ea esse mẽdacia, quę sũt ad illũ delata de te, quod ego certe tam libẽter credo, q̃ tu quoq; debes libẽter vana credere, quę ĩdem rumigeruli de illo de tulerũt ad te, quos si mẽdaces esse credes, vt si vis ab solui credes, illũ pariter ab hac ĩiuria, cuius nũc accusas absolues. Sed nescio quas litteras loqueris q̃bus ille te sit grauiter insectatus, quales an proferre posses haud scio. Verũ hoc vnũ scio extare mi Lee tuas & q̃ minus inficiari possis αὐτογράφους e quibus cõĩci potest, ad istas annotationes longe alio animo & accessisse te, & processisse, cũ nunc toties in testem citata conscientia prẽte feras, tum sic accessisse, vt prẽiudicium domo (quod aiũt) attuleris tecum, quo semẽtem totã, cuius adhuc nec herbã videras, dãnandam esse præsumeres, quũ inde passim omnes boni, qui quidem nostẽt agricolam, optimã & pulcherrimã sibi messem promitterẽt. Verũ qd' cœpi dicere, si maxime famã tuã purgari oporteat, hac æditione tamen censeo minime posse procedere, qua dũ eam depurgare laboras, vereor ne limo dẽsius, luto q̃ permisce as. Nam primũ in quibusdã video te plane falli, nec absimili veri est, idẽ tibi in aliquot æque locis, quos ipse nõ vidi cõtingere. Iam quædã sunt quod nec ipse diffiteris, nõ admodũ magni momẽti, quædã, certe vt nõ aperte contra te militent, ita pro te non valde multũ faciũt, bona pars iam diu cõtrouersa, de quibus adhuc sub iudice lis, quæ si de summa subduxeris, reliquũ rationis erit pauxillulũ, nec sane satis dignum

num vtde tu nouas cõficias tabulas. Vt præteream interim quod alij nõ prætereũt, qui perq̃ intẽpestiuum cẽsent de mẽdis admonere iam emẽdatis. Atq; is quidẽ tuæ rei status fuerit, etiãsi mutũ nactus esses aduersariũ, qualẽ nõ esse tuũ, tute probe ꝓnosti, nũc vero cũ cõtra te rem tractabit, cuiusuis tractãdæ rei mirificus artifex, tum qui hanc in rem vnã plus propemodũ laboris ac studij, q̃ in reliquas, quas vnq̃ egit omnes impẽderit, certe mi Lee nõ credas q̃ multa sis quæ nunq̃ credidisses auditurus, quæ si animo posses iam ante cõcipere, dubio procul abstinendũ duceres ab inauspicatis istis laboribus, quos vtinã tantũ possis ꝓdere. Nam ille quicquid annotasti minutulũ, prorsus in nihil cõminuet, quicquid te nunc parũ iuuat, sic tractabit vt etiã noceat, qd' hactenus videbatur ambiguũ, id cõtra te reddet dilucidũ, tũ si q̃d mutauit in melius, eius nõ modo nullã tibi habebit gratiã, sed reũ etiã aget insolẽtiæ, eiusq; rei valde ridicule tanq̃ non glorieris modo velut ἐπιμεθήσομενα τὰ πράγματα eorũ nos admonere quorũ tempus præteriit, dũ salebras mones ac lacunas esse vitãdas, quę iã sint cõplanatæ, sed alienæ præterea laudẽ captes industriæ, qui quicquid aut ipsum notauisse cõperisses, aut alios id in tuas totũ annotationes referẽs, aliorum partus ædas pro tuis, quorum adhuc quidam belli videntur tibi, quos qui genuerant, ijdem velut informes ac monstrosos fetus abiecerint, Iam vero cum ad ea venerit, quibus errare te manifeste coarguas

guat, non est quod expectes, illã qua semp hactenus
pepercit alijs humanitatem, qua quia multorum in
se audaciã videt prouocasse sese, vertet haud dubie
vela, atqꝫ ita (vereor) tractabit te, alijs vt sis exemplo
ne quis ei negocium denuo solitæ spe ciuilitatis ex-
hibeat. Q ua in re veniam vel temet iudice debet ob-
tinere. Q ui si tibi causam putes esse, cur illum
inuadas acriter, vel quod tacere nefas ducis, si quid
adhuc reliquit incorrectum, vel si nihil reliquit ta-
men vt tuam repares ac sartias famam, quæ tibi to-
ta funditus interierit. Si toti credaris Europæ (nam
id populus curat scilicet) annotasse minutias, quan-
to æquius illi debes ignoscere, si tuam in se liberta-
tem, pari libertate retaliet, siue vt nunc est eius opus
recognitum, nihil eorum retineat quæ tu reprehen-
deris, siue tu velut errata redarguas, quæ sua sibi
conscientia dictet esse rectissima, qui sibi non mi-
nus certe, quam tibi citra vllam potest arrogantiæ
culpam fidere, vt non illud addam interim, quod
totus iste tumultus tuus huc tendit denique, ne
per illum putareris reculas quaspiam, vel parum re-
cte vel paulo minus magnas annotasse. Q uum illi
contra te sit enitendum, ne si tu recte magna no-
taueris, ipse magna carere nota non possit, quasi
(quod nefas nemo non ducit) sancta parum sanctæ
tractauerit. Hæc cum ita sese habeant, non est mihi
crede quod speres, quin si illum æditis istis annota-
tionibus attingas suetæ sibi suę lenitatis oblitus su-
um

um ius ſumma vi perſequetur. Itaque vehemen-
ter metuo ne famam tuam quantum ego video ad-
huc per illū integram tute videri poſſis importuna
purgatione polluere, qd' quibuſdam ante video con
tigiſſe, qui an minus tuti fuerint quam tu, id qui-
dem neceſſe eſt euentus iudicet, certe non minus
fuerant ſecuri, quam tu quoad ille quid reſpon-
diſſet audiuiſſent. Tum vero demun ſenſerunt ſuę
cenæ ſumptus, abſque hoſpite (quod aiunt) fruſtra
ſecum deputaſſe, quod qui faciunt denuo opor-
tet computent, cum hoſpes plerum que in rationem
adferat, quod illi vel non recordabantur, vel ſibi
parcentes omiſerant. Quamobrem mi chariſſi-
me Lee, etiam te atque etiam rogo, ne tecum ſtatu-
as nimium tuę ſpei fidere, qui quum me ſis obteſta-
tus, per ſanctiſſimum mihi nomen amicitiæ,
vt me hac in re tibi æquum præbeam. Sic mihi mi
Lee contingat te vt perpetuum amicum habeam,
vt ego nullo mihi pacto videar in te facturus æqui-
or, q̄ſi te cōtra (quo dobnixe facio) per ſiquid eſt a
micicia ſanctius obteſter, vt odioſis huiuſmodi ex-
cuſſis iurgijs in amiciciam cum Eraſmo redeas, qd'
illum non recuſaturum auſim profecto meam tibi
fidem obſtringere, neu velis eam prouinciam ſuſci-
pere, quam ſemel ingreſſus nunquam poſſis de-
ponere, in qua perpetuo tumultu rixa contentione
moleſtijs, tunica moleſta moleſtioribus ætatem
reliquam, cuius adhuc ſpero tibi multum

ſupra

ſupra mediam ſupereſt, arſurus ſis verius, mi Lee, q̄ꝑ victurus. Quin tu Chriſtianæ te charitati reſtituens aio ſerenato lętus, lętus hāc vitā, & trāquillus exige, contemptaq; vnius inauſpicati libelli iactura, qui futuris etiā fœturis tuis nōnihil offundat inuidiæ, feliciorē aliquā materiā tibi circūſpice, quā eleganter expolias, quæ cū prodierit aliquādo, proſit & probet oībus, quæ tuā famā & præſentibus reddat amabilem, & magno cū fauore tranſmittat poſteris, quæ denicq; ſit eiuſmodi, vt eius præmiū potiſſimū ſperare poſſis a deo, qd' genus mercedis multo eſt oībus mortaliū bonis vberius. In qua ego materia nō veto ſi quid fors inciderit, in q̄ vel Eraſmus aliquid, vel q̄ſ quis alius quic̄q̄ ſcripſit vnq̄ꝑ, ſit ita lapſus inſigniter, vt admonendus magnopere videatur, orbis ad eundem ne quis rurſus impingat lapidem, nō in q̄ veto, q̄ minus tu q̄q; denūcies, quæ declinari ꝑfuerint offendicula. Nec id abs te fieri æquus quiſq̄ poteſt inique ferre, modo res tractetur ea modeſtia, quæ fidē faciat oblatā potius monendi neceſſitatē, q̄ carpēdi anſam eſſe quęſitā, a q̄ limite quis nō videt ſulcus iſte q̄ lōge deliret, cū ex profeſſo liber cū libro, velut hoſtis cū hoſte cōmittitur. Quod ne tu velis cōmittere, rurſus mi Lee te per tuā famā, mea mihi ꝑpemodum chariorem, per meas de te ſpes, qui de nullo noſtratiū vnq̄ cōcepi grandiores, per charitatē patriæ, cui debitū ex te ſplēdorē nubecula pergis obducere, per amicorū tuorū ſollicitudinem, qui mecū trepidi

ſuas

ſuas quiſq; preces adiũgunt. Obſecro atq; obteſtor q̃ poſſum maxime, vt & tibi parcas, & patriæ, ne vl' Leus dicat, vel Anglus augeſcentibus orbis Chriſtiani cõmodis inuidere, Sin tibi penitus inſederit, tam generoſus ardor gloriæ, vt potius q̃ cum illo nõ dimices, malis genuinum frangere, tuam quidem vicẽ amplius q̃ dolere non poſſum, patriæ certe pro mea virili connitar, vt hoc tuũ factũ, qd' tãtis bonorũ doctorũq; oĩm odijs exponi video, Britanni potius eſſe, q̃ Britãniæ cẽſeat: ſalua mihi tecũ ſemper q̃ad p te licebit amicitia. Vale. Cal. Mai. An. M.D. XIX.

THOMAS LVPSETVS
Eduardo Leo.

NEqueo ſatis mirari Lee optime, qd' nã ſit hoc in te nouũ & hactenus inter Chriſtianos inauditum Charitatis genus, quinã iſte zelus in Chriſtũ, q̃ te ſic inebriatũ prædicas, vt in inſontes debacchari neceſſe habeas, nec in inſontes mõ: ſed ĩ eos etiã, qui te tum opera ſua plurimũ adiuuarunt, tũ cõmendatione nobilitarunt inſigniter. Nã nõ me fugit, ex iſtac eruditionis gloria, qua te tã ſublimẽ effers, vt potiſſimũ per quẽ ꝓmouiſti prouoces, quãtũ debeas Eraſmo, nõ ſolũ quicquid habes in Latinis litteris, verũ etiã ſi quid habes in græcis. Cuius in te exercendo ſudoribus, ſi tua reſpõdiſſet diligẽtia in græcis litteris euaſiſſes eo, vt tantus hodie videreris alijs, quantus nunc vni videris tibi. At in latinis, dũ eius opera vol-

uis assidue, nõnihil fateor assecutus es, quod vtinam collocasses honestius, q̃ in eo dehonestando, cuius te doctrina, nisi te dedecoraret ingratitudo, cohonestasset. Porro in Theologicis litteris aliquid incæpisti discere, dum iam biennĩ in illo vestigasti qd' careres. Plura nimirum cogniturus, si rectis oculis, vt nunc feciſti iniquis, inſpexisses, & tñ sic inſpiciens tantum profeciſti, vt nouæ tenũc autorẽ disciplinæ ſuſpiciamus, qua tuo doceamur exẽplo, qd' & oblatrare & obtrectare viro de nobis optime merenti liceat inoffensa charitate. Atq; adeo ex zelo in eccleſiã, eũ virũ quibuslibet maledictis inceſſere, cuius labores egregie pij, eccleſię quotãnis tantũ effecerũt fructus, Atq; vtinã quidẽ tã Chriſtianæ feciſſes iſtud, q̃ nec bene feciſſe videris optimis, nec docte certe doctiſſimis. E quibus nemo eſt hic Oxoniæ, & vt ferunt, ne Cantabrigiæ quidẽ, cui non ex hoc libello tuo plus ſtropharũ, fucorũ, technarũq; ſuboleat, q̃ hoiem docere videatur, tantũ ſimplicitatis præ ſe ferentẽ. Iam rem certe conſtat, multo ſecordius abs te expenſam, q̃ vel a docto quantumuis exiguo tempore, vel tam longo propemodum ab indocto potuerit. Quod ſi vel opus, quod inſectaris tam plenum fuit errorum, quam prædicas, vel ERASMVS ipſe tam prorſus inſcius, quam tibi credi poſtulas, cur homo vſq; adeo lynceus in aliorũ veſtigandis erratis pluſq̃ biẽnio, nõ alia fere inueneris, q̃ quibus temet erraſſe ꝓdideris, vel ad rẽ certe nihil magni momẽti attuleris,

ris. Nã, vt aiũt hic, q̃ meli⁹ ista dijudicãt, q̃ ego dijudicare fufficio: quanq̃ ipse q̊q; sparsim legi nõnullas quibus si consentiant reliquæ: testari possum eos vera dicere: qui dicunt: ꝙ si de libro tuo cõuicia: si friuola: si tibi nõ intellecta sustuleris: reliquũ non liber erit: sed pagina. Vnũ certe mirabor magnopere: te sustinuisse vt scriberes: nunq̃ te de Erasmo locutum nisi honorifice: quum apud meipsum iactaris. Erasmum nec scripsisse vnq̃: imo nunq̃ esse scripturũ vel versiculos duos de re sacra: vbi tu si animum intẽderes: nõ aliquid inuenires errati. Nunq̃ cuiq̃ ita deus me amet: tale quid de te narrãti fidẽ eram habiturus: nisi ex tuo ore, ipse meis auribus excepissem, qui nõ possum credere, quin alia quoq; absurdiora multo in Erasmũ apud tuę factiõis socios sis debacchatus, cum apud me ista ausus sis effutire, quem vt tu ante nusq̃ allocutus fueras, ita Erasmo deditissimum noueras, vtpote quem iam audieras, Erasmi dumtaxat visendi & salutandi causa, ab Lutetia vsq; venisse Louanium. At ego mores istos simplicitati tuę & zelo illi, quem erga ecclesiam geris adscribo. Atque adeo tibi ERASMI nomine non succenseo, vt etiam quæ in ipsum apud me expuisti conuicia condonem. Video insitum tibi a natura, quod tamen posthac ratione & rerum vsu corriges, vt de his, qui de te bene meriti sunt, male mereri studeas. Quo em̃ erga te fuerim aĩo, iudicẽt hij, q̃ Louanij, Lutetię, q̃ vel hic vel Lõdini me familiariter vsi sunt.

Quo aũt tu me perſe queris, ſatis declarant ea, quæ de me cotidie tũ calamo, tũ lingua deblateras. Quibus & alia multa, & illud q̃q̃ ſpargis, me fuiſſe huius tragœdię caput. Q d'ideo nimirũ ſpargis, vt me apud Eraſmũ in odiũ induceres. Verũ id qua oſtendas ratione nullã habes, niſi forte, quia re confecta, & iam abſoluto opere ſuperuenerim. Q d'ex nihilo tam ſubtiliter multa cõiectare & cõmentari poſſis, acumen agnoſco ingenij. Q d'aũt cõiecturis tã pertinaciter hæreas, cauillantẽ & ſeditioſum ſapit. At ſane mihi nunq̃ eueniet, vt cõtumelijs a te prouocatus cõtumelia reſpõdeam. Fieri fortaſſe poteſt, vt quod tu facis zelo in eccleſiam & amore erga te, de quibuſdam erratis tuis te admoneã, niſi tuũ ſecutus exẽplũ, eorũ potius admoneã alios. Nã apud te, ni fallor, ſilere præſtiterit, qui tenerior ſis, q̃ vt quicq̃ poſſis ferre, moroſior, q̃ vt a quoq̃ ferri. Vale, Oxoniæ tertio cal. April. Tuus nõ ſecus, ac tu Eraſmi Thomas Lupſetus.

Thomas Lupſetus Paynello ſuo S. P.

MI Paynelle dulciſſime ſalue. Non poſſum profecto nõ mirari, q̃d Leo noſtro venerit in mẽtem, vt de me tam odioſe & loquatur & ſcribat. Cui ego neq̃ quicq̃ nocui, & cũ ipſius cauſa, tũ patrię, ſi qua in re potuiſſem, ſemp optaui prodeſſe. Nec alia de cauſa, cũ iſtic erã admonui caueret, ne cũ Eraſmo vt nihil aliud, iuuenis cũ ſene, tyrũculus cũ veterano, contenderet. Præſertim in tali cauſa: quæ, qualicũcq̃ perſona

persona tegeretur, tñ apud oĩm tacitas æstimatiões merã præ se ferret inuidã, eoq; vicissim oĩbus esset in uisa. Hæc ita submonui, vt facile posset intelligere. Verũ nõ admodũ acriter insteti, qd' eũ animaduertebam adeo sibi placentem, vt frustra nitendo nihil nisi odiũ fuerim quęsiturus, qd' ego neq; tanti facio quin cũ aliquo eius fructu libenter subierim, neq; adeo certe cõtemno, vt nõ carere malim, q; nullo eius bono consequi. Etenim quantũ ego instando atq; tũdendo profeciſſem, vel hoc ĩdicat, qd neq; tibi, neq; Galfredo fratri voluit obtẽperare. Nã si parere voluisset alterutri, nõ dubito, quin annotationes istas, vel emẽdatiores, vel certe pauciores emisisset, ac nisi fallor, qd' fuisset tutissimũ nullas. Quas nũc videre pudet, q; friuolas, & ineptas, q nihil ad rẽ ꝓponat, & tamen in his ipsis, q; passim, q; fœde labatur, profecto cũ mihi librũ sumpsissem in manus, nõ potui nõ ridere primã, quæ tanto apparatu nectit catenam, telis arachneis infirmiorẽ, vt quæ duobus verbis possit infringi. Qd' si quis illum cõtra illa stringat lege, quã sibi se sanxisse dicit. Nempe ne quid doceat, nisi quod ante didicit, omni fere pagina in mulctam incidet. Pergo, deus bone, quas ineptias inuenio in secũda, quas nugas rursus in sexta, quanq; & q; interceſſerant eiusdem fere farinę videbant. Iam pigere cœpit ordine progredi, cœpi sparsim gustare quasdã. Primũ in. xvij. rursus in. xxxiiij. ac rursum in. lvij. tantũ video ludoꝝ, q; tũ aliq; libros possit implere. Tãdẽ

cum

cum sentirem vel librū esse talem, q̄ nullam bonā
haberet annotationē, vel me tam parū fortunatū, vt
semper in deteriores inciderē, reieci prorsus. Cæterꝙ
hoc est quod demiror, necꝓ te mi Paynelle, necꝓ Gal
fredum hac in re fuisse ei maiorꝝ vsui. Nam his in lo-
cis, quos ego vidi, nihil erat opꝰ aut Theologia, aut
Philosophia, necꝓ dialectica. Sed oculis tantū, & q̄-
tulacunꝙ linguarum peritia, cum sensu communi,
nisi quod in .ij. annotatione aliquid desidero frontis
quū non pudeat eum fo. xcv. affirmare, cꝓ Erasmus
ipsius monitu fateatur Hieronymi locū in Matthæ-
um esse deprauatum, quum prius fo. iij. res ipsa teste
tur illud Leum ab Erasmo didicisse, cum vix illo de-
monstrante perceperit. Vtinam in toto libro nunꝙ
feciſſet mentionem sermonis græci, ita pueriliter vbi
ꝙ fere cespitat, quod nō fuisset opus, si Galfredo fra
tri maluisset fidere, q̄ sibi. Verum haud dubie citius
persuaseris, saxa volucres esse volatiles, q̄ effeceris vt
ei sua vnꝙ ratio non sit bella. Sed spero hanc rem ei
hactenus vtilē fore, vt posthac sua tractet consultius
quādoquidē hac in re consultandi tempus prēterijt.
Vtinā rediret ad nos, inueniret hic fortasse cōtuber-
nales aliq̄t, q̄rū cōsuetudo detereret ei rubiginē illā
atꝙ scabriciē, quā quorūdam istic eruginoso cōtra-
xit attactu. Vale Paynelle mi, ac tu q̄ꝙ aliqñ sospes
in patriam redi. Galfredum nostrū saluta meo nōie.
Nā Eduardo ipse scripsi ꝓperāte calamo. Oxoniæ
e contubernio corporis Christi. Pridie cal. April.
Guol-

GVOLPHANGVS
Capito Erasmo Roterodamo
S. D.

SCripsi ꝓximis litteris opinor nudius qrtus de libro Eduardi Lei, quem Conrardus bibliopola Parisiensis Frobenio affinis, suo illic sumptu excusum huc attulit. Si pateris, vt Capito consilium det Erasmo, hoc est, Sus Minerue, præstiterit rem totam, vt inane fulgur ex vitro qd' aiunt, negligere, ridereq; secure. Non est eñ qd' metuas, ne liber tam insulsus, ne dicã rabiosus apud graues & eruditos viros, noceat existimationi tuæ. Verũ hoc ambit gloriosulus, vt tecũ videatur fuisse cõgressus, si teipsum satis nosti, non dignaberis illũ hoc honore. Nemo nõ perspicit Leum ad tantam impudentiam extimulatũ nois & famæ desiderio. Postq̃ extorquere non potuit, vt sui memoria extaret, in annotationibus tuis, tentauit vel suo periculo noscitari. Dolet ingenio glorioſulo, qd' quicquid habes eruditionis, ipsi non tuleris acceptum. Famã sitijt misellus, & habebit qd' sitijt, vsq; ad satietatẽ. Nam reddemus illũ etiã Erostrato nobiliorẽ, si quid poterũt stili Germaniæ. Mihi blandit ẽt latũdatiũcula fucata. Adeo nos iudicat ebetes, vt nõ odoremur tales technas. Habeat sibi suas laudes. Nemo Germanꝰ feret talẽ ꝓconẽ, a q̃ laudari turpius sit, q̃ vituperari. Blandit etiã Hutteno, & Capnioni stultulus iste. Nos credo ꝓ stipitibus hẽt non ꝓ hoibus. At sentiet hoies nõ fungos. Tractabitur

tur cornicula vt meretur: nec hac pœna erimus contenti, vt illi plumas nõ suas detrahamus. Audio Hutteni stilum esse in opere. Oecolampadius tametsi mitissimus est ingenio, tñ ad tam insignes sycophãtias mirum q̃ excanduerit, homo vere Christiani pectoris. Eximius Cæsarei iuris professor Zazius nõ potest satis admirari, in hoie tam indocto, tantũ arrogantiæ. In sacerdote, tantũ diabolici veneni, Quod bis iam admones faciam quantũ potero. Nam qđ suades, vt nihil oĩno respondeam, nõ possum imperare animo meo. Porro q̃d proximum concedis, vt si qd respõdeam, modeste respõdeam: facturus sum quatenus illius patitur immodestia. Q̃ q̃ ille magis eget mẽdico: q̃ redargutore: si satis ex illius scriptis ingenium colligo. Certe genti parcetur vt iubes: & æquum iubes. Nihil eñ illa cõmeruit. Non magis q̃ hortulus in q̃ suboriat aconitũ: alias optimor̃ holerũ ferax. Iam nunc ad te misissem operis mei gustum: si certus aliquis obtigisset. Non ædam tamẽ: nisi recognitũ: aut approbatum a Rhenano: ne mihi nouitas inuẽtionis imponat. Lei libellum nondum perlegi totum: illud video si ademeris calida conuicia: & mẽdaces indices: reliqua eẽ frigidissima. Plura scripturus eram: sed vltima nauis iã hinc abit Frãcfordiã. Properandũ erat. Agã amici partes fidelissimi, Res ipsa declarabit breui. Vale Basileæ, xvi. cal. April. An. M. D. XX.

Erasmo

ERASMO ROTERODAMO. BONIfacius Amorbacchius. S. D.

VIde nũquid verũ sit quod Græci dicere solent vnicum sæculi decus Erasme, ὅτι ἡ ἀματειάθρασος ὀκνηρούς δὲ καὶ λελογισμένον ἀπεργάζεται. Quousq; tua humanitate abutor? Scio quãtæ in maximis verę Theologiæ studijs sint occupationes tuæ. Scio quã hęc te velut ἀλεξίκακον Herculẽ cõtinuo implorare soleant, quãq; pro illis indefatigabili excubes animo, nec tamen interim meis nugis te molestare cesso? Verũ si quid temeritatis ea in re incurro, nemini acceptũ referas velim, nisi summo meo in te amori, qui cũ semper solliciti timoris plenus sit, quo plus scribo hoc minus mihi ipsi satisfacio, Quippe vel nolẽtem trahit, vel inuitũ cogit vt animũ, studiũ in te meũ nouis subinde velim nolim, litteris declarem. Qua de causa, si forsan tibi molestior sum, q̃ deceat, & magna tua patiãtur studia, nõ grauaberis quicq̃d id erit, in meliorem interpretari partem. Esto tuo fauore sim indignus, habeasq; alios amicos eruditionis nomine insignes, quæ tamẽ tua est humanitas, nõ auersaberis hominem tibi toto pectore addictissimũ. Certe vt omnibus eruditione sum inferior, ita studio & amore in te meo nulli, quisquis ille fuerit, cessurus sim vnquã. Quare ne semper longo verborũ paratu tibi æquo molestior sim, breuiculo hoc rursus animũ meũ tibi testatũ volo, eũ fore, quẽ a tuorũ deditissimo expectare & cõueniet & par est. Quod felix faustũq; sit

audio resipuisse, nuncq; a tuis doctrinis, imo a veræ Theologiæ stare p̄scriptis. Id cum oībus apud nos, tum maxime D. Vlricho Zasio maximo iureconsulto summę voluptati fuit. Gratulatus sum homini per litteras licet inuitus, nēpe alieno stomacho cōpellente huc me Zasio, & sacramento suo adigēte, cui cum nihil denegare debeā, certe hac in parte morigerari volui, præsertim cū ille syncere tuus factus sit, q̊ quid poterat nobis euenisse optatius? Felicem te & vere magnum, qui non solum optima studia in integrum restituis, sed in debellandis etiā barbarorum copijs, ex sophistis homines, ex Matæologis Theologos facis. De rebus nostris quid attinet dicere? Ni fallor, q̄ misere pręteritus annus nos acceperit tenes, Brunonem fratrem peste iugulatum nō sine spirantibus lachrymis amisimus, cuius obitus qn tibi vulnus inflixerit haud dubito. Non em̄ nobis tam sanguine q̄ tibi summa deuotione erat cōiunctissimus, qui tua adorare, te cōplecti solebat religiosissime, sed mortuus est, quem viuū cupiebamus. Decessit, qui nūc primū litteras adiuuare poterat. Obijt non sine summa nostra iactura. Ego Basileæ hucusq; ob fratris mortem me continui: Vere tamen ineunte ad Auenionā proficiscor, cœpta studia prosecuturus, & ordini Iuridico, si e re mea videbitur, nomen daturus: tametsi nesciam si quid minus possem, q̄ linguā habere venalem. Verum aliud vitæ institutum erit. D. Vlricho Zasio, principum quorundam negocijs inuoluto,

luto, nunc scribere nõ fuit integrum. Proximo tamẽ nuncio ad te, & ad Dorpium litteras dabit, Interim oĩa fausta tibi adscribi iussit. Sed heus tu, quisnam iste & re, & nomine λαίος, qui in tuas in nouum testamentum annotationes, nõ tam siniſtræ, q̃ sophistice cauillari pergit? O deploratũ ingeniũ, q̃ eximium insignis suæ stoliditatis specimen præbuit? Caue quicquam me tuis auribus dare putes, ex animo loquor. Quę malum impudentia est, friuolis nugis vera & inexpugnabilia oppugnare? Vnde homini tantum licentiæ, ne dicã amentiæ? Q̃ valide pugnat conuicijs, q̃ pueriliter imo stulte rationibus? Siccine a sycophantiæ morsu nihil vspiam tutum est? Bene ab Apollonio dictum est, Sapienti maius periculũ imminere ab inuidia, q̃ vel nauigãti a tẽpestate, vel præliãti ab hostibus. Q̃ cp̃ quid culex cõtra elephãtum? Sed quid ego ad te hæc, maioribus occupatissimũ? Deus optimus, maximus, te omnibus nobis: & bonis studijs longeuum foueat atq; conseruet. Salue, & vale feliciter orbis litterati lumen Erasme. Bonifaciumq; te q̃maxime amantem, colentem, & obseruantem, tuo fauore prosequi, quin & redamare non cessa. Basileæ. Rauracorum decimoquarto Calen. April. Anno M. D. XX.

PAVCIS ab hinc diebus quum quædam mihi Zasio scribenda fuerant: inter cętera etiã de nouis

Lei annotationibus facta est mētio. Dū hæc scribo is mihi ad ōnia respōdit, nescio tamē si ad vlla vel verius vel elegātius, quam ad istud Lei attētatum facinus? Hæc quoniā ad te pertinere videbantur, nolui cōmittere quin his meis subiūgerem litteris, quo doctissimi illius viri de Leo iudiciū vel eo certius deprehēderes, quod ad alium hæc nō ad te scripsisset. Sed audi. De Sophista op.renpq Lęo qd scribis? Quā bene maiores nostri dicere solebāt in fatis aliquādo esse, vt ad perniciē adcurratur velut ad brabiū, quod nisi esset, non tētassent Gigātes oppugnare cœlum. Quid enim aliud Sophista ille, quā cœlū, quā oīm diuinarꝝ humanarūqꝫ litterarū præsidiū oppugnare aggreditur. Tantū laborꝝ Heros ille incōparabilis exātlat, semper ad nouos labores integer, vt post Hieronymos, post Cyprianos Theologiæ maiestatem nobis adferat, applaudētibus dijs atqꝫ hominibus quotquot aut adest eruditio, aut mētis sanitas. Et exoritur e sui tenebris iste vermiculus qui tam eximiam segetē nobis arrodat, ipse nullo litterarꝝ genere cōspicuus. Si grāmaticam requiras, solœcissat subinde. Si rethoricā, balbutit & Battalū agit, Si dialecticam, pistillū esse iures, aut si quid magis etiā abest ab acumine. Philosophiæ nusq̄ꝫ vllū sese exerit specimen. Theologicā supellectilē hismodis tractat vt ipsę res clamitēt ei quod adfert ab alijs suggestum esse. Et huiusmōi nugones audēt libros scribere hoc sęculo tā erudito? & audēt scribere in Erasmū? Quis ei non

nõ ausit posthac postcp ausus est Leus iste. Veh tibi Sophista infelix. Veh matri quæ te peperit, Veh vtero, Veh syderi quod tibi præsidet, ineptias tuas cum viderint Germani viri doctissimi quid credis futurꝝ esse? quã tu misere tractaberis, quã tu infame traduceris? mille modis & te & tua laceraſſe nõ erit satis, nisi vsqꝫ ad exitiosum interitũ cõcerparis Hactenus Zasius noster. Denuo vale bonis auibus omnis eruditionis Princeps & Monarcha.

ERVDITISSIMA EPISTOLA CLARISS. VIRI D. Thomæ Mori, qua respondet indoctis ac virulẽtis litteris monachi cuiusdã, qui inter alia, etiã illud insectatus est stolidissime quod Erasmus verterit. In principio erat sermo, &c.

PErlatæ sunt ad me litterę tuæ frater in Christo chariſſime lõgæ quidẽ illę, & mira quædam signa prę se ferẽtes amoris erga me tui Quis eñ possit affectus esse vehemẽtior, q̃ qui te tã impẽse reddit de mea salute sollicitũ, vt etiã tuta pertimescas? Times eñ ne sic Erasmũ diligã, vt eius cõtagio corrũpar, ne sic hominis adamẽ litteras, vt nouã eius peregrinaqꝫ doctrina (sic eñ scribis) inficiar. Quod ne accidat, post q̃ aliquot paginis in hominis & eruditionẽ & mores totis (quod aiunt) habenis

nis inuectus es, oras tandē atq; obsecras perq; sanc-
te scilicet, ac per ipsam dei misericordiā, tantū non
adiuras vt diligēter ab illo caueā. Nam primū iuxta
apostolum inquis Corrumpūt bonos mores con-
sortia praua. Deinde citas ex prouerbijs, quod qui
iuxta claudum habitat, discet subclaudicare. Denicq;
adfers e poeta quoq; testimoniū, (vt facias opinor
triadem) dum spectant oculi lesos, leduntur & ipsi.
Hijs atq; alijs huiusmodi, q̄q̄ nihil est eius periculi,
quod tu pertimescis, sedulo tamen abs te curatum
est, vt ego ab eo loco in quo tu periculum esse putas
(si modo putas) auerterer. Quamobrem nisi tam
grati erga me animi gratia, gratias immensas age-
rem, merito viderer ingratus, ingratior adhuc futu-
rus, si posteaquam tu me gradientem videns in pla-
nicie: feruido quodam amoris æstu pertimuisti
ne caderem, ego te per precipitia currentem, intrepi-
dus ac securus aspiciam neq; ad te clamitē, vt tibi cau
te prospicias sensimq; inde ac circūspecte referas pe-
dem, vnde sit periculū ne corruas. Itaq; primo collu
strabo locum, in quo versor ipse in quo quum tuta
omnia esse docuero, tum denicq; cōmonstrabo tibi,
arcem istā tuam e qua Erasmū nostrum, velut e sub-
limi tutoq; despicis periculose nutare. Nam primū
quid mihi periculi est si Erasmum credā in nouo te-
stamento rectius multa vertisse, q̄ interpretem vete-
rem, si credam græcis ac latinis litteris Erasmum il-
lo peritiorē? id quod nō credo tantū, sed etiam pla-
ne vi

ne video, scioq;. Nec potest id cuiq; esse ambigũ, cui vel exigua fuerit vtriusq; linguæ noticia. Quid periculi est, si eorum librorũ lectione delecter, quos doctissimi quiq; maximeq; pij velut vna voce collaudant, quos põtifex maximus pariter, & optimus bis iam pronunciauit vtiles esse studiosis? Quomodo tam periculosa possim illo docẽte discere, qui nihil ipse definit, qui vel aliena vel sua sic ꝓponit in medium, vt iudicium reseruet integrum lectori? Qui si maxime falsa assereret, non tamẽ vsq; adeo sum stupidus, vt non olfaciam quid veræ fidei, quid morũ probitati congruat, nec sic in cuiusq; verba iuratus, vt nõ libere ab illo sicubi subsit causa dissentiã. Quã obrem ab illo quod dixi, nihil discriminis imminet mihi, etiãsi (quod tu scribis) quædam forent parum sana quæ scriberet. At tibi contra quod doleo, nescio qua mala sorte contigisse video, vt cum ille tam numerosa volumina, tam plena non eruditionis modo, sed veræ quoq; pietatis ædiderit, quã non alius quisquam multis iam retro sæculis: tu nobis in periculum venias, vt quod alijs salubre sit remediũ, id tibi præstigiator aliquis verterit in venenũ. Nõ potui (mihi crede) pro meo in te amore, sine graui dolore legere, quę nescio quo tu calore scripsisti, cũ in hominẽ nihil male meritũ de te, publice vero de oĩbus meritũ bene, cõuicia velut e plaustro, tã intẽperanter euomeres, dũ eruditiõi detrahis, debaccharis in vitã; vagabũdũ dicis; & pseudotheologũ; Sycophãtã

cla-

clamitãs, hæreseos crimẽ impingis, & schismatis, eo
vsq; progressus petulãtię, vt præconẽ etiã voces An
tichristi, Etiãsi eã rem videlicet belle permollias, qđ
cum id improbissime dixeris: dicas te nolle dicere.
Quis versipellis & callidus dæmon, amice iam diu
charissime strophas huiusmodi, veteratoriasq; ver-
sutias in tuum pectus tam simplex olim, vereq; cãdi-
dũ, cũ adhuc prophanus esses, nũc tandẽ tot annos
monachi, quodq; multo sãctius esse debet etiã sacer
dotis inuexit, vt dicas, hæreticũ nõ voco, sed ea facit
quæ qui fecerit est hæreticus, nõ appello schismati-
cũ, sed ea facit quę q facit schismaticus ẽ. Antichristi
p̃conem ego nõ noio, sed quid si deus hoc ipsum de
Erasmo asseruerit? Parco tamen neforte existimes
aliquid de me supra id quod vides, aut audis de me.
Proh deũ atq; hominũ fidẽ, quid ego ex te audio?
Testor hoc in loco tuã conscientiã, nõ erubescis? nõ
totus intremiscis, dũ rem tam impiã talibus adornas
prodigijs? Dum quod homũcio quispiã scelerate
mẽtitur, id tu tam sanctę nobis veluti e cœlesti vatici
nio decãtas, dum alienæ famæ detrectationẽ opus
plane diaboli, ad deũ refers autorẽ? Nã quod tanq̃
modestiæ causa parcere te dicis, ne magnũ aliquid
de te existimẽ, ita deum præcor, vterq; nostrũ de se
sentiat humiliter, vt ego de te nihil existimassem sub
limius, etiãsi id aperte narrasses tibi reuelatũ ipsi, etiã
si nomẽ expressisses vel angeli vel dæmonis, qui hoc
ad te detulisset. Quippe quã rem ne iurato quidem
credi-

credidiſſem, ſed ſuaſiſſem potius, ne omni ſpiritui crederes, præſertim ei, qui quantūuis falſa luce præfulſerit, angelū tamen tenebrarū ſeſe detractionis, & calumniæ ſuſurro, peculiari ſatanæ ſigno, prodidiſſet. Maluiſſem tibi occinere illud Pauli, In nouiſſimis tēporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorꝝ in hypocriſi loquentiū mendaciū, & cauteriatam habentiū conſcientiam. Itē illud eiuſdem, Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione angelorꝝ, quæ nō vidit inambulans fruſtra, inflatus ſenſu ſuæ carnis. Hæc nimirum magis cōgruebant, q̄ illud quod tu tibi ſtulte applicas ex apoſtolo. Nunc vero quando ſignificas nō relatum tibi, ſed alij neſcio cui, multo minus etiā commoueor. Etem̄ quanq̄ nō dubitē deum interdum quędā reuelare mortalibus, non tm̄ vſq̄adeo ſtulte ſū credulus, vt trepidus expaueſcā, quicqd aut delirus quiſpiā ſomniet, aut cōfingat impoſtor, aut energumeno malus inſpiret genius. Nō dubito quin ſimilibus afflatus ſit orgijs, is etiā quē ſcribis his verbis admonuiſſe te. Noueris ꝓ certo, qđ Eraſmus iſte, quē tāta ſequitur pompa verborū, non recte ſentit de fide catholica aut ſacra ſcriptura, hoc multociens oſtendit, vbi ſecretam poſſit habere audiētiam. Expertus ſum quod dico, & hoc ſępius. Hactenus illius boni viri de Eraſmo apud te præconiū, quē dicis etiā qſquis eſt, egregiā excogitaſſe aduerſus Eraſmū apologiā, quē tm̄ admones ne ſuſpi-

cer esse Leum. Noli vereri nō suspicor. Nam de Leo satis persuasum habeo, quāc̄ nescio, q̄ impetu eo sit ingressus, vnde nunc pudet regredi, ea tamen virtutis indole preditū, his artibus adformatū ingenium esse, vt etiā si de litteris obstrepat, nō prorupturus sit in cōuicia. Tuum vero hunc prædicant quidam lōge Leo dissimilem. Nam quē tu fide dignū dicis virum, plane grauē, atc̄ vt tuis vtar flosculis, morigeratū, secundum ſculi dignitatem honorabilem, nec minus integritate vitæ, q̄ præclara eruditione cōspicuū, eum qui nouere penitus, longe depīgunt aliter, nō dignū fide, nō valde moratis moribus, vere morosum, honoratū tamen alicubi, magis q̄ honorabilem. Eruditionem vero apologia, quam laudas ostēdit, quā qui videre quidā, & nō indocti, & qui bene consultum cupiunt homini, eoc̄ suaserunt vt vel exureret, vel abderet perpetuo, constanter asserunt hominem ferme ad insaniam vsc̄ delirum, nisi qd' quibusdam gaudet lucidis interuallis. Quem cum talē deliniarent, impetrare non potui, vti quis esset edicerent, ne per ipsos noīatim traduci posset, priusquam egregiū ingenij ac doctrinæ specimen in lucem prodiens, præclara illa apologia prodidisset. Sed excuti amus obsecro paululum q̄ fide dignus sit iste p̄fidus, cui tu fidem habes, Erasmum nō recte sentire de fide qua de re, ne fidem infido non habeas, ait Erasmum id sæpius ostendere, vbi secretam possit habere audientiam, secc̄ ipsum id non expertum tantum, sed etiā

sæpius

sępi⁹ expertũ, vt nõ ab alijs, sed ab ipo Erasmo istud eũ frequẽter audisse intelligeres. Vt semper veritas exerit sese, vt cõcinnantes mẽdacia, vel casus aliquis arguit, vel rei natura destituit, vel ipsi sese tãq̃ sorices produnt. Quid em̃ veri possit esse similius? q̃ si de fide perperã sentiebat Erasmus, hõ tã stupidus, vt nõ sentiret simul, quid ex ea re discriminis esset futurũ, quid inq̃ veri fuerit similius, q̃ aliquos ambire semper solitũ, aut precibus impetrare, vt sibi liceret apud eos narrare secreto sese esse hæreticum? Nec em̃ requirebat aliud, vt ait iste tuus fide dignus testis, q̃ secretã audientiã. At q̃ diu vixit apud Coletum, q̃ diu apud Reuerẽdum patrẽ Roffensem episcopũ, q̃ diu apud Reuerẽdissimũ Cantuariẽsis ecclesiæ põtificẽ, vt omittam interim Monioium, Tunstallum, Paceum, Grocinum, quibuscum sæpe diuq; versatus est, de quorum virorum laudibus, si quid conarer exponere, merito viderer ineptus, quum horum nemo sit, quem non omnes intelligant, a nemine satis laudari posse. Quis istorum non centies cum illo colloquutus est secretissime? Quis eorum vel semel audiuit aliquid, vnde vel suspicio possit oboriri, non illum rectissime sentire de fide? Nam si quid tale fuissent vel subodorati, meliores certe sunt, q̃ vt rem tam atrocem dissimulare potuerint. At quis est eorum omnium, qui non ita perpetuo dilexit illum, vt quo diutius eum nouerit, ac pernorit intimius, eo semper magis magisque deamarit? Sed illis

opinor nõ ausus est credere, taliũ virorũ veritus pie-
tatẽ. Recte sane, quærebat ergo aliquẽ cuius nec cõ
scientiã vereretur, nec proditionẽ metueret. Nẽpe
quẽ ex vultu, verbis, vita, probe perpẽdisset eiusdẽ sa
cri mysten esse. Talis igitur necesse est, fuerit ille tibi
tam impense laudatus. Ille inq; fide dignus, grauis,
morigeratus, honorabilis, eruditus, iteger, cui vt vi
des nunq; illud secretũ toties cõmisisset Erasmus, ni-
si præter tot egregias abs te cõmemoratas dotes, eti
am fuisset hæreticus. Si queramus ab illo, quũ se tam
sæpe dicat expertũ, quomodo se probet expertũ, vl
semel fatebitur opinor probari nõ posse. Nam rem
sibi negat, nisi secreto creditã. At quisquis eius argu
it criminis quẽq;, quod ipse fatetur se docere nõ pos
se: Certe si Sycophãta non est, perq; affinis est Syco
phãtiæ. Sed age queramus, cũ tam sæpe sit expertus
vbi nam de suis hæresibus collocuti sunt, aut quãdo
tractarũt inuicẽ? Necesse est olim fuerit, nam Eras-
mus iam diu abfuit. Cur igitur illo præsente conticu
it? Quãdo non paulo magis ad rem pertinebat vt
proderet, quo vitaretur noxius, q; nunc, vbi eo ab-
sente non tantũdem imminet periculi. Nam in libris
nihil potest latere secretum quod non oculi perspi-
caces eruerint. Sed longior sum q; par est in reijcien
dis ἀποκαλύψεως illius præstigiaturis, & arguendo sin-
gulari isto, non teste modo sed accusatore quoq;,
atq; etiam suopte iudicio reo, qui fictus est, vt vides
& scelerate mẽdax, & nisi mentiretur sceleratior. nẽ-
pe

pé diu conscius, ac serus proditor. Deniq; seu vera seu falsa referat vtrobiq; perfidus, certe neq; ERASMI fides obscura esse potest, quam tot labores, tot vigiliæ, tot pericula, tot rerum, tot salutis incommoda, ob sacras suscepta litteras, ipsum fidei promptuarium illustrant. Nec noua est ista aduersus optimos quo sq; hæreseos excogitata calumnia, sed in sanctissimos iam olim viros, a satanæ satellitio tam valida contorta machina, vt quorum laboribus vndique fides efloruit, ipsi coacti sint æditis in id symbolis fidei suæ rationem reddere. Nunc ad ea veniam, quibus præter illius fide digni testimonium, præterq; per corneam illam homeri portam, cœlitus emissa somnia, ansam ex illius libellis arripuisti, qua teneres hominem manifeste videlicet impietatis reum. E quibus illud grauissimum caput est, quod non veritus est: vt ais audaculus iste ERASMVS pluries inter scribendum adserere, id quod nefas est ipsos sanctissimos pariter atq; doctissimos patres, illa inquâ p̃clarissima spiritus sancti organa Hieronymũ, Ambrosium, Hilarium: Augustinum & alios huiusmodi: qui vniuersam dei ecclesiam ita suo illustrarunt lumine: vt nihil iam indigeat istiusmodi obscuri hominis tenebrositate nouiter colorari &c̃.

Obsecro nefas tibi videtur esse: si quis dicat illos ipsos: quos commemorasti lapsos alicubi? Quid si illi ipsi: quibus defendendis aduocatus non vocatus aduenis: attestentur ERASMO? An non tum ridi-

ridicule eorũ cauſam qui tuũ recuſant patrocinium peroraueris? Age ergo negas vnq̃ eorũ quemq̃ eſſe lapſum? Rogo te cum Auguſtinus Hieronymũ cenſet male vertiſſe quædam ſcripturæ loca: Hieronymus ſuũ tuetur factum, neuter labitur? Quum Auguſtinus aſſerat indubitatam habẽdam eſſe fidẽ tranſlationi ſeptuaginta interpretum: Hieronymus neget, & eos erraſſe, cõtendat, neuter labitur? Cum Auguſtinus conſenſum illum ex ſpiritu ſancto ex diuerſis cellulis, eadem proferentium adſtruat, Hieronymus contra ineptum illud commentum deridet, neuter labitur, quum ſentiant ex diametro diuerſa? Quum Hieronymus epiſtolam ad Galatas ſic interpretetur vt dicat Petrum ſimulate reprehenſum a Paulo, Auguſtinus neget, neuter labitur?

Quum Hieronymo diſpliceant Auguſtini labores in pſalmos, Auguſtino placeant, neuter labitur? Quum Auguſtino quodcunque mendacium peccatum ſit: Hieronymus mendacium, in loco laudet, neuter labitur? Quum Auguſtinus vxore ob formicationẽ dimiſſa neget illa viua alteram duci poſſe, Ambroſius licere confirmet: neuter labitur? Hieronymus cenſuit vxorem ante baptiſmum habitam, alteram item poſt baptiſmum, non imputari ad digamiam: eccleſia nunc cenſet erraſſe. Auguſtinus dæmones aſſerit atque angelos item omnes ſubſtantias eſſe corporeas, non dubito quin tu neges. Aſſerit infantes ſine baptiſmo

mo defunctos, æternà sensus pœna torquendos, quod nunc quotus est quisque qui credat, nisi qđ Lutherus fertur Augustini doctrinam mordicus tenens, antiquatam sententiam rursus instaurare. Quotus est quisque sanctorum veterum: qui nõ crediderit diuam virginem, in originali peccato cõceptam? At nuper exorti sunt qui negent, ad quos propemodum Christianus orbis, a veteribus omnibus desciuit. Nullus erit finis si cuncta conerp̃sequi, in quibus doctissimos illos, & sanctissimos viros liquido constet errasse, quorum libros si legis: errata nescire non potes, nisi quæ legas non intelligas. ¶ Ergo qui illum vocas audaculum ipse multo deprehenderis audacior, qui audes illos affirmare nunquam lapsos esse, quod si velis tueri necesse est eorum libros, vel non legisse te, vel non intellexisse fatearis. Imo qua fronte potes eum reprehendere, qui idem dicat quod tu. Nam lapsum Augustinum in asserendis dæmonum corporibus, In damnandis infantibus, Hieronymum in digamia, omnes prope veteres, in conceptu virginis, non dubito quin tute dicas, & tamen hæc ita cum sint, & cum in sacrarum interpretatione litterarum, sancti illi patres inter se, tam sæpe dissenserint, idque magis perspicuum sit, quam vt possit negari, mirum est tamen, vt tu pueriliter exclamas, & cœlum terræ permisces, sicubi quis

vel

vel Carrenſem conuincat erraſſe, vel deliraſſe Lyranum, Auguſtinus non veritus eſt dicere, nemini ſe poſt Apoſtolos tantum autoritatis tribuere, vt eius dictis indubitatam habeat fidem, niſi quatenus aut ex ſcripturis aut ratione liquido poſſit docere. Tu diuos omnes putas tibi demereri perpetuo, ſi vocifereris eos nunquam eſſe lapſos. At illi vel inſcitiam tuam derident, vel importunũ iſtud ſtudium tuum deteſtantur. Neq; talem expetunt patronem, quorum charitas magis eorũ fauet indu ſtriæ, qui ſi quid illi lapſi ſint ammoneant alios, q; eorũ ſuperſtitioſæ pietati, qui inutili patrocinio eorum lapſus in aliorum ruinam propagent. Iam vero quum etiam in ſtilum eius ſtilum intendas tuũ, dabis mihi hanc veniã, nõ poſſum profecto me cõtinere quin rideam. Nam cũ deſideras in illo eam ſermonis facilitatem, quã quiuis lector intelligat, dũ in illo damnas acrides, q; latinis interdum grẽca permiſcet, tam circumſpectus es, vt non videas eadem opera te taxare Hieronymũ, in quẽ etiã velis nolis præclara illa tua recidũt ſcommata, qui & ipſe Latinis interſerat græca, & quædam ſcripſerit eruditiora virginibus, q; q̃ nunc Theologiæ plericq; profeſſores intelligant. Quid ſi aliquẽ tractatũ integrum græce perſcripſiſſet Eraſmus, an non tum eum multo magis cum ratione poſſis irridere, q̃ nunc quũ non niſi quædam interſpargat? Atqui eadem ratione noſtrę mulieres eos iiriſerint oẽs, quicũq; ſcripſere latine. Quid qd

nec

nec magis aperte, nec stilo magis facili quisq; scripsit vnq;, qui quidem latine scripserit, vsq; adeo vt nimiã stili facilitatẽ Budęus in illo, vir alioqui d octissimus nõ sit veritus reprehẽdere. Nemo diligẽtius vitat, (qđ tu illi viciũ obijcis) insuetiora vocabula, cũ isti tamen, q̃s tu ais vti modestiore stilo, fere tertiũ quodq; verbũ effingãt nouũ, ex q̃bus te q̃q; puto sermonis istas delibasse delitias, morigeratus, vagabunda cõuersatio, tenebrositas, identitas, aliasq; id genus gẽmulas. Verũ cũ p̃ter affectatã eloquẽtiã multa sint alia, eaq; indigna, quæ obiectas Erasmo. Age fatebit oĩa, si is in integro aliq; volumine tantũ affectauit eloquẽtiæ, q̃tũ tute iterdũ in vno affectas versiculo, velut exẽpli causa cum quæritas, quid ergo dicẽt ad hæc qui totos annos in huiusmodi expẽdunt peritu ris, & illico marcessuris rhetor̃ depictis flosculis.

Profer ex oĩb⁹ q̃ te significas ĩ Erasmo legisse, si q̃d vnq; legisti tã turgidũ, q̃ sit hic vnus versiculus tuus, cũ tamẽ sit male grãmaticus? Nec tñ istud eo dico, q; soloeciſmũ in te vituperãdũ putẽ, a q̃ sermonis puritatẽ, nec expecto, nec exigo, cum non ignorẽ, nec; tibi vacasse vnq; vt posses discere, nec si vacasset maxime, p̃ceptores cõtigisse, q traderẽt. Sed hæc eo dico vt cum tibi decorũ putes tã anxie eloquentiã affectare, cum ne grãmaticã quidẽ possis cõsequi, ne vicio vertas Erasmo, q; oĩ partã & nũc vltro offerentẽ se, senõ aspernatur elegantiã. Cum aduersus linguar̃ studium differis, illud non iniucundum est q; doles,

dum græca lingua discitur & hæbraica, aliquid inte
rim de latinæ linguę puritate deperire, in cuius venu
statē paulo ante tā atrociter exclamaueras, quasi tan=
tum terrarum inter puritatem sermonis intersit, ac ve
nustatem, cum tamen Hieronymus eo loco quem ci
tas queratur defloratam esse venustatem, nec id ob a
liud, q̄ vt vehementius suum commendet studium,
quod in hebræas litteras insumpserat, quas dignas
censuit, q̄ vel cū latinæ linguæ detrimento discere=
tur, quum græcæ sint multo adhuc magis vtiles, vel
ob nouum testamentum, quod tam longe præstat
veteri, q̄ corpus vmbram, aut veritas figuram ante=
cellit: vel propter sacrarum litterarum interpretes,
quorum optimus quisq; ac sanctissimus ferme scri=
psit grece: vel denicq; propter artes, quas liberales vo
cant, ac philosophiam, quibus de rebus Latini scri=
psere propemodum nihil. // Quid quod negare nō
potes, vt quisq; Latinorum maxime sciuit græce, ita
eundem in sua quoq; lingua fuisse disertissimum, id
q; nō olim tantū, sed nūc q̄q; passim vsu venire. Nec
Hieronymus ipse post imbibitas hæbraicas litteras,
minus venuste scripsit, q̄ prius: id qd' opera eius po=
steriora declarāt: q̄ q̄ illi placuit excusare stilū suū, vel
q̄ de causa memoraui, vel qd' vbiq; id agit, vt eloquē
tia quā adfert, comes accessisse videat inaccersita. // Il=
lud certe pulcherrimū ē, q; eo rē deducis tādē, vt me=
diocrē linguarū notitiam laudes, nimiū tantū studi=
um damnes: quasi longe vltra mediocritatē iam pro
mo=

motum sit, citra quã adhuc longo interuallo subsisti
tur. Sermonis puritatẽ obuijs (qđ aiũt) vlnis, fateris
amplectendã, at inlepidæ orationis venustatem tra
gicis clamoribus intonas, deflesq; admodum lamẽ-
tabiliter, qđ in eius sinũ qui olim tantũ patebat ethni-
cis, nũc tandẽ bona Christianismi pars deflexerit mi
serabiliter. Quasi vetustissimi quiq; sacrorum patrũ
non vetustate claruerint, cũ qui hodie sacras tractant
litteras, augustam illam tantæ rei maiestatẽ impuro
sermone fere contaminent. At hac in parte tam belle
videris tibi dicere, vt postea quoq;, cũ pro eadẽ sen-
tentia depugnasti fortiter, tandem velut victor insul-
tas, & quæris: quorsum igit attinet diuinarũ veritatẽ
scripturarũ flosculis adornare sermonũ, qđ & Apo
stoli, cæteriq; doctores (vt rem absurdissimã: prorsũ
euitabant maxime, quod exiguitati parum erudito-
rum penitus aduersari videbantur. Deniq; ad hunc
modum mirifice rhetoricatus epilogum totum face
te scilicet sumpto ex euãgelijs, epiphonemate conclu
dis, Vetus meliuseſt. Quibus in verbis istud ꝓpul-
chrũ est, qđ Apl̃s & sanctos illos nascentis ecclesiæ
patres, ita copulas, tanq̃ eodem stilo sint vsi. Augu
stinus Apl̃is etiam eloquentiã tribuere non dubitat,
ita illis propriã, vt nec alios illa decere possit, nec illos
alia, sed quæ rhetorum tum figuris omnibus abũ-
det etiã. Certe sancti illi patres, Hieronymũ dico, Cy
prianũ, Ambrosiũ, cæteros eius ætatis disertissimos
oratores ęquabãt. Eloquẽtia adeo nõ officit oñis

luci vt etiã nõ sit eloquẽs quisqs est obscurus, quũ sit hoc in primis oratorũ ꝑceptis, vt sermo sit dilucidus // Si apostoli sermonis elegãtiã ideo declinabãt maxime, qd' vt tu aisexiguitati parũ eruditorũ maxime aduersari videbaẽ, cur adhuc adeo sũt obscuri, vt neq; parũ eruditi, neq; multũ sine multo labore intelligant, sed ne sic quidẽ vbilibet. // Vetustissimi patres ĩdẽq; sãctissimi sicuti scripserũt eloquẽter, ita scripserũt etiã luculẽt, & tñ hodie plerisq; Theologię ꝓfessoribus illucescere nõ possunt, qd itaq; Nẽpe qd' nulla lux tã potest esse lucida, vt luceat etiã cęcis. Sũt em̃ isti nõ vt dicis, parũ eruditi, sed prorsus ĩeruditi. Nã qd' sãctos patres nõ intelligũt, suã cęcitatẽ in causa esse, nõ illorũ tenebras, vel hinc euidẽter liquet qd' quę nũc isti magr̃i nr̃i nõ intelligũt, olim intelligebãt virgũculę. Scribebãt illi qd' dixi disertissime, sed ĩdẽ aptissime si qs linguã latinã calleat. Etem̃ rati sũt fore vt quisqs eos cuperet ĩtelligere, is aut latine disceret aut curaret ꝙ tendos in linguã vernaculã, neq; ei diuinare poterãt talia unq; portẽta cõscẽsura cathedras, q̃ in suæ segniciei patrociniũ cũcta velut obscura cõdẽnarẽt, quecũq; scripta nõ essẽt lĩgua latino gotthica.

Qꝛobrẽ quũ Euãgelica illa cẽtona nã hoc tuũ est verbũ cõcludas vetus melius esse, confiteor meliorẽ esse priscorũ patrũ eloquẽtiã, q̃ neotericorũ balbutiẽ ita videshãc centonã tuã qua te mire video placuisse tibi: ꝓ Erasmo facere maxime, & in tuũ caput esse retortã. // Eiusdẽ farinę est q̃ tibi videre facetul⁹, quũ labores

labores eius in Hieronymū pstringis inquiēs, p̄didisti nobis vinū infusa aqua. Quū tot mēdis eius libros purgat, tot locis verā lectionē restituit, p̄didit tibi vinū infusa aqua? Cur igit dilutū bibis? qñ vetꝰ illud acetū tuū, qd' febriēti palato merū sapit adhuc sit integrū? Verū de discernēdis eius autoris operibus, qñ res nō nihil aphrasi depēdet, ignosco tibi certe, si digito quoq; mōstratas eius censuræ causas tñ videre nō potes. Iā vero quū tibi visum esset ostēdere græcā linguā nō tam necessariā esse ad verā scripturarū intelligentiā, q̄ quidā cēsent, & supuacaneos esse labores Erasmi, nouū testamentū rursus vertētis e græco, tanq̄ firmā subijcis basim, qd' sci illi patres (nā tua verba recēsebo) Hillarius & Augustinus satis nobis fuisse asserebāt interp̄tatio nē septuaginta interpretū, ad oēm sacræ scripturę veritatē, Habemꝰ nēpe inquis, si id sat nō esset, Hieronymianā quoq; æditionē, oīm linguis merito p̄dicandā, habemus & alias tū p̄claras, tū etiā iuxta eruditas, & tamē nescio q̄ pacto hęc oīa nihil cōferrevident, nisi istiusmodi noui interpretis addat translatio. Iam vide ab initio cum te videre hāc suscepisse prouinciā, neq; nescius essem vix potuisse fieri, vt quæ ad causam faceret vnq̄ didicisses: nihil dubitabā etiā, si quædā effutire posses in genere, tñ si quādo speciatim ad ea descēsurus esses, ex quibus vel cōstabilire tua deberes, vel aliena reuellere, tum demū proditurū te cū tenuiter venires instructus ad negociū. Obsecro te per tu

am

am fidē, tu q̄ui tot habes ęditiones tot translationes in nouū testamentū, tum præclaras tum eruditas, vt nunc nō sit opus Erasmica: cur inestimabilem thesaurum vni seruas tibi? Ego certe q̄quā non sum nescius olim fuisse multas, eamq; rem fateatur Augustinus multū fuisse vtilem, tamē hodie nō reperio quēq̄ qui præter hanc vulgatam sese fateatur vnq̄ vidisse aliam. Adnotauit Valla vtiliter quædā non transtulit: eas annotationes, Erasmus edidit, alius fortasse non fecisset, qui quidem statuisset idem tractare argumentum. Faber stapulensis paulinas vertit epistolas non totum testamentum, tibi igitur ostendendæ sunt præter translationē septuaginta interpretū, ac præter Hieronymianā quoq; aliæ illæ quæ tam pręclarę sunt atq; eruditæ, vt prolatis his abijcere oporteat Erasmicā. Iam Hieronymus cuius translationem habere te dicis, si credas ipsi, nō trāstulit, sed quā tūc præcipue receptā vidit, eā ad græcorꝝ codicū fidem emē dauit, id qd' illa satis declarat epistola nouū opus me facere cogis ex vetere, si quis eā epistolā satis intelligat. Hieronymi labores ꝑdiderunt eædem pestes, quę nūc inuadūt Erasmicos inscitia atq; inuidia eorꝝ, quibus ille prodesse studuerat. Certū est in hac æditione quæ nūc in tēplis canitur nullū extare propemodū Hieronymiani laboris vestigiū. Imo illas ipsas adhuc extare mēdas, quas ille cēsuerat emēdādas ex quibus aliquot Erasmus obiter annotauit, Quā rem demiror nō aduertisse te, nā alioqui potuisses

isses hac de re aliquanto iudicare sanius. Ne clamites totam ecclesiam, tot ętates hanc probasse translationem, legit enim vt vel optimam quam habuit, vel (quod ego verius opinor) primam, quamq; semel receptam atq; imbibitam, non erat certe facile vel oblata meliore commutare, approbauit vero nunq̃, neq; enim idem est legere, quod approbare. Quum contra constet nunq̃ fere fuisse quemq̃ sacrarum litterarum studiosum, qui quidem aliquam sibi compararit vtriusq; linguæ facultatem, quin is in illo interprete multa desiderarit. At is quod non præstitit, quæ non potuit dignus est venia, quod vero quæ potuit præstitit, dignus est etiam gratia, quam & hij merentur, qui vel quod illi defuerat adferunt, vel quod ab alijs deprauatũ est sartiunt. Sed interim vides æditionem Hieronymianam quam habere te dicis omnium linguis merito prædicandam, nulla iam lingua legi.

At interpretatio septuaginta interpretum ea saltem sufficit, sic enim scribis, ad omnem scripturæ veritatem: quod ne quis audeat oppugnare: propugnatrices obijcis sanctorum patrum Hilarij atque Augustini sententias. Quid hic faciam, quo me vertam: negare non audeo, quod sanctissimi patres adfirmant. At si concessero quicquid nunc vertit ERASNVS, id iam olim ab interpretibus illis septuaginta sufficiẽter esse versum: necesse est fatear simul, multo minore cum fructu idem

hũc

hunc vertisse denuo. Quid si sic interea tẽpus differã, vt negẽ sanctos illos prẽs istud asserere, qd tu ab his adsertum asseris, & certe sic faciã q̃ad tu ostenderis. Vide igit, vt locum ꝓferas in q̃ dicunt illi septuaginta interptes testamẽtum nouum sufficiẽter in linguã vertisse latinã. Interea vero dum tu illum locum quæris, mihi licebit qd ad hanc rẽ attinet per te quietum eẽ. At eum haud quaq̃ inuẽtu facilẽ credo, cum eos oẽs audiã nõ nisi græce vertisse. Q d si verum ẽ, quõ potest eor̃ versio Latinis esse sufficiens? Quin & illud tibi simul quærẽdum est, q̃ pacto potuerint septuaginta interpretes sufficiẽter vertere testamentum nouum, cum eos oẽs mortuos esse cõstet annis plus minus ducẽtis ante Christum natum. Nõ dubito, quin cum hæc ita habere cõperies, pariter etiã cõperies, eos q̃bus hactenus his de rebus credidisti, nihil ipsos hactenus cõperisse veri. Venio nunc ad ea, quę tu minutula vocas, ac nihili: quę velut eximie nugacia speciminis loco descripsisti: quibus facias oĩb⁹ perspicuum meris ineptijs illum macerare sese, & totos quaternos (vt tuis verbis vtar) ĩplere. Primum reprehẽdis qꝺ displiceat ei sagenę vocabulũ. M. xiij. ac verriculum legi velit, cum tñ (vt ais) eãdẽ rẽ significent sagena, & verriculum. Nõ dubito, quin videare tibi dixisse præclare, sed primum doce displicuisse ei sagenæ vocabulum: qd ille vocabulum nõ reprehendit: quãq̃ præfert alterum: tantum dicit interpretem reliquisse vocẽ græcã. At idẽ significat inquis:

verri-

verriculum & sagena, quis hoc aut negat, aut nescit? Sed tamē vt eius annotatio te docere potuit, sagena vox est græca, cū verriculum latina sit, quēadmodū decretū ac psephisma. Et tibi continuo nugari videt quisquis e gręca trāsferēs in latinā, latinis vocabulis malit vti q̄ꝫ græcis? At fortasse asseres sagenæ vocabulum apud latinos etiam autores haberi. Quid tū postea? Si Latinus quispiā vocabulum gręcū medijs latinis interserat, neq̄ꝫ desinit tamē esse gręcū, neq̄ꝫ ꝓtinus efficitur latinū. Neq̄ꝫ em̄ cuiq̄ in manu est oīa vocabula Romana ciuitate donare, nihilo hercule magis, q̄ oēs hoīes. Neq̄ꝫ em̄ psephisma latinū verbū est, q̄ꝫq̄ꝫ Cicero q̊q̄ꝫ semel atq̄ꝫ iterū vsus est, neq̄ꝫ energia græcū esse desinit, etiāsi Hieronymus latine scribens, vsus est interdum vel apud eos, quos gręce doctos ītelligebat, vel nō reperiens fortasse latinā vocē, q̄ cōmode satis explicaret, vt ita dicā, τὴν σὺν ἐνεργείας ἐνέργειαν. At tu parū feliciter imitatus Hieronymū, eo ꝟbo passim alit q̄ significat abuteris. Vides ergo dū immissa sagena conaris expiscari qd reprehēdas attracto ꝟriculo, nihil neq̄ꝫ verris, neq̄ꝫ prēdis. Rursum carpis ꝙ parū latine dici putat, Nuptiæ impletę sunt discūbentium, sed asserat dici oportere discūbētibus. Et tu si superis placet, Erasmū docebis grāmaticam. Tum Calepinum ingeris, quasi in sermone latino non sit amplius vni ERASMO fidendum, q̄ꝫ Calepinis decem. Tum id egregie ridiculum, quod Calepino citato nihil aliud adfers, tamen, quā

quod ab ipso mutueris Erasmo. Vnum tantum reliquisti, q̃ vno didicisse debueras, oĩa nihil esse quæ dixeras. Nam cũ breuiter ostendisset Impleor & genitiuo copulari, & ablatiuo, eademq; protulisset exempla, quæ tu: sic rẽ cõcludit, vt dicat, qnanq̃ latine dici possit, implentur vini, tamen hãc orationem nõ esse latinã: domus impletur hominũ. I nunc & quæras exempla, quibus istud confirmas. Iam qd' Matthæi .vi. in oratione dominica potius vertendũ censuit, remitte nobis debita nostra, q̃ dimitte: tu censes illum tam manifeste nugari, vt vel nemo negare queat, atq; id videris tibi ex ipsius verbis colligere. Nam si ἄφες, inquis, ἀπολύσιμον est, vt Erasmus annotauit ipse, quis negare potest eũ manifestissime nugari, qui remitte potius verti velit, q̃ dimitte, cũm vox illa græca vtrisque deseruiat, quum dimitto etiam, quod secundum priscos autores significat do, vel dono, satis bene quadret eidem sensui. Hic tu proferas oportet, priscos illos autores, apud quos reperisti dimittere idem esse quod dare. Nam ni hos proferas, quos opinor non proferes, tute manifeste nugaris. Ego certe non puto latine dici, dimitte mihi vestem, pro eo quod est da mihi vestem. Præterea si dimittere idem significaret quod dare, non concedam tamen hanc orationem latinam esse, dimitte nobis debita nostra, sicuti nec hanc ipsam, cuius exemplo tueris eam, da nobis debita nostra, si tuis auribus idem sonat, dare debita, & remittere debita, non possum

tuo-

tuo morbo mederi. At quid refert inquis, nam sensus ex illius dimitte, non minus liquet, q̄ ex huius remitte, quis negat diuinari posse quid ille sentiat, nec sequitur tamen orationem eius satis latinam esse. nec si quis admoneat quid erret ille, nugatur: sed qui vera monentem redarguit, ille nugatur. Et si nugatur Erasmus, certe hoc honestius nugatur, quod sociū habet Cyprianum tam sacrum ecclesiæ doctorem: qui maluit dicere remitte nobis debita: q̄ dimitte.

Ingēs inquis ac periculosa temeritas hominis: quod contra omnium antiquorum patrū iudicium in primo capite Ioannis tam solenne mutarit vocabulum sermo pro verbū apponens. Iam id pro confesso sumis: quod est falsissimum: veterum neminem ausum pro verbo sermonem dicere. At tu interim fateris, Hieronymum testari: quod λόγος alia significet præter verbum: quæ satis apte competant in filium dei: id quod adeo confirmat diuus Gregorius Nazanzenus: vt filium dei λόγον appellatum sentiat: non solum quod sermo sit aut verbum: sed quod ratio quo q̄ sit ac sapientia: præter alia significata τοῦ λόγου: tanquam Euāgelista diuino prorsus consilio, id diligente vocabulum: quod multa complecteretur: quorum quoduis idoneum sit ad significandum omnipotentis dei filium: adeo vt mihi certe: si vlli vocabulo id reuerentiæ debebatur: vt integrum, atque immutabile seruaretur, quod in κύριε ἐλέησον. Alleluia, Amen, & Osanna seruatum est: id me-

 ritissimo

ritissimo iure, videatur huic dictioni logos oportu-
isse tribui, quę quū sanctarū significationū mire fœ-
cunda sit, e qbus quā cui p̄feras, haud ꝓcliue sit sta-
tuere, fuisset nō incautū, eadē seruata voce nullū fecis-
se p̄iudicium, imo vnico verbo, eoqꝫ dyssillabo mul-
ta pariter Christi vocabula cōplecti. Nūc vero quo
niam aliter visum est ỿtentibus: mihi certe videt pro
ximus esse fructus: vt ỿtant varie, q̄ nulla significatio
του λόγου, q̄ quidem in Christū cōpetat, aut ignoretur
aut obsolescat. ¶ At Hieronymus verbum mutare
nō ausus est, mirū certe qd̄ nō mutauit, quū nō esset
occasio. Nā queso cur mutaret, quū nō ỿteret denuo,
sed id qd̄ ỿsum est recēseret? At si vertē dū sibi de
integro sūpsisset Euāgeliū, nō adeo se putasset veteris
interp̄tis obstrictū p̄iudicio, q̄n sibi liberū arbitraret
alit ỿtere, mō ỿteret bñ, etiāsi prior interpres nō ỿtit
male. Necꝫ ei alia de causa admonuit λόγου alia q̄qꝫ
significare q̄ꝫ ỿbum, q̄ recte de filio dei dicerētur, q̄ꝫ
vt id qd̄ tu negas ostēderet λόγου aliter quoqꝫ q̄ ver-
bum recte verti potuisse. Nā sermo & ỿbum vbiqꝫ
fere ꝓmiscue vertit in scripturis, vbicūqꝫ λόγου habet
codex græc°, q̄q̄q̄ nemo ē q nesciat q quidē l'tātillū sci
at græce sermonē multo tritius λόγου significatū esse
q̄ ỿbum. ¶ At tu rationē adfers deus bone qualem
quare filius dei ỿbum rectius dicat q̄ sermo. Nā ser-
mo inquis ꝓprie loquēdo, illud est magis qd̄ voce
ꝓfertur, ỿbum vero qd̄ intus mēte cōcipitur videli-
cet cogitatio q̄ intra animi silētium adhuc cōscientię
secre-

secreto retinetur, & si qñ foris exierit, sic tamẽ ꝓdit in publicum, vt intus etiã iugiter teneat clausum. Rogo te quis hoc discrimẽ te docuit inter sermonẽ & ῥbum? Nã is, e cuius ῥbis ista q̃ de verbo adfers excerpsisti, nõ negat idẽ etiã posse de sermone dici, neqꝫ quisq̃ est, qui nõ videat eadẽ ratione interiorẽ esse mẽtis sermonẽ qua ῥbum, & ῥbum ꝓprie significare qđ voce ꝓfertur, sicut & sermonẽ: quũ sentiãt qui verborꝫ scrutãtur origines ab aere verberando ῥbum esse deductũ. Q đ si tam sermo q̃ ῥbum significet animi cõceptum tacitũ, rursusqꝫ tam ῥbum q̃ sermo cõceptus expressos voce, vides vt egregia illa ratio qua mire fultus tibi videbare collabi. Qrq̃ ego nõ multũ certe his in rebus rationi tribuo, q̃ cognosci nisi deo reuelãte nõ possunt. Certus sum dei filiũ recte λόγον dici: seuqꝫ ῥbũ intelligat, seuqꝫ sermo, seuqꝫ ratio, seuqꝫ causa, seuqꝫ aliud eorꝫ quippiã, q̃ significat λόγος seuqꝫ oĩa, certꝰ sum inq̃ recte λόγον dici, nã id qđ me docet ille qui supra pectus dñi in cœna recubuit. Sciocꝫ qđ filius dei sermo recte dicitur ac ῥbum, nã his noĩbus tota illũ appellat ecclesia catholica, docti aliqꝫ ac sancti patres etiã rationẽ, Sed tota ecclesia Romana ῥbum, & sine vlla exceptiõe sermonem. Etemñ dũ Christi natale hoc solẽni cantu cõcelebrat. Q uũ mediũ silẽtium tenerẽt oĩa, & nox in suo cursu mediũ iter ꝓageret, oĩpotens sermo tuus dñe exiliẽs e cœlo a regalibus sedibus venit: nõ est ambiguum, sermonẽ dici filiũ dei, quũ vbi nos legimus

in

in psalmo, verbo dei cœli firmati sunt. Alij legãt atq; in his Augustinus, sermone dei cœli solidati sunt, dubium non est vtrobique significari filium dei. Nam tibi contradicit Ambrosius, quum dicit. Non enim dixit Euangelista, In principio factum est verbum, sed in principio inquit erat verbum. Quicunq; pricipium verbi assignare nolueris, præiudicatum habebis, quia in principio inquit erat, non quod duo principia ex rerum diuersitate dicamus. Sed quod sermo filius semper cum patre est, & de patre natus est. Ad idem facit Hilarius, quum dicit. Hoc verbũ in principio apud deum erat, quia sermo cogitationis æternus est, quum qui cogitat sit æternus. Ad idem facit Lactantius, cuius hæc verba sunt. Quomodo igitur procreauit, primum nec sciri a quoq; possunt, nec enarrari opera diuina, sed tamen sanctæ litteræ docent, in quibus cautum est illum dei filium dei esse sermonem. Item alibi, sed melius græci λόγον dicunt, q̃ nos verbum siue sermonem. λόγος enim, sermonem significat & rationem. Ad idem Cyprianus, cuius hæc verba sunt, in eo capite, cui titulum fecit. Quod Christus idem sit sermo dei, quod sequentibus verbis probat In psalmo. xliiij. Eructauit cor meum sermonem bonũ, dico ego opera mea regi. Item in psalmo. Sermone dei cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Item apud Esaiam, Verbum consummans & breuians in iusticia quoniam sermonem breuiatum faciet deus, in toto or-

to orbe terræ. Item in psalmo, Misit sermonem suũ, & curauit illos. Item in Euangelio secundũ Ioannẽ. In principio erat verbum, & verbum erat apud deũ, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deũ omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux lucet in tenebris, & tenebræ illum non comprehenderunt. Item in Apocalypsi. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verus, æquũ iustũq; iudicans & prælíaturus, eratq; coopertus veste conspersa sanguine, & dicitur nomen eius sermo dei. Ad idem facit Augustinus, quũ eam sibi sumat psalterij translationem commentandam potissimum, qua legitur Sermone dei cœli solidati sunt, quam lectionem nõ improbat, sed asserit idem valere, qđ'valet nostra, qua legitur, Verbo dei cœli firmati sunt, quum & hic verbum, & illic sermonem apertissime censeat esse filium dei. Præterea ad Hebræos quarto. Viuus est enim sermo dei, quo in loco glossa nõ interliniaris modo, sed ordinaria quoq;, sermonem aperte declarat esse filium. Quin Lyranus quoque cui studium fuit litteralem scripturę sensum explicare, docet euidẽter sermonem idem significare, quod verbum, atq; hoc loco sermonem non aliud esse, q̃ filiũ dei, atq; ad eum modũ, locũ ipse nõ ad allegoriam vllam. Sed plane litteraliter (vt vocant) exponit.

At operę

At operæpreciũ est videre, cũ ista fateri cogaris, soluere vero nõ possis, q̃ pulchre coneris elabi, Nã plurimũ inquis interest, inter locoꝝ congruentias, vt qd' ibi apte positum est, hic minus conueniat, Sed nolo hac in re longius demorari, ne codicem potius q̃ epistolam excudere videar. Belle profecto subducis te, cum breuitatis prætextu recuses dicti tui causam reddere, eius præsertim dicti, vnde totius causæ summa dependet, idq; cum nec ibi finias epistolam, sed tam multum chartæ consumas postea in his quę nihil ad rem attinent. Hoc certe scio, si te torseris annum aliam causam nõ inuenies vnq̃, præter eã quã & cõmemorasti, & velut inefficacẽ timide tetigisti. Nempe qd' sermo potius significat, id qd' profertur voce, q̃ tacitũ mentis conceptum, quã causam si satis sapuisses, penitus nõ debebas attigere, vt quæ tã cõtra verbum militat, q̃ sermonẽ: nam & verbum proprie cõceptũ significat ꝓlatum voce. At alia causa nulla potest esse. Nam si tã sermo quam verbũ significet filiũ dei: nõ mõ qualis erat, postq̃ ex matre natus est, sed etiam qualis erat in sinu patris ante susceptam carnem: antequam creatus est orbis: quid comminisci potes: cur ob vllã (vt tu vocas) locoꝝ cõuenientiã nõ possit filius dei tã in illo loco sermo dici: quam in alijs dicitur? Cum Cyprianus probet aduersus Iudæos, filium dei esse sermonẽ dei: non solum ex alijs locis, verum ex illo ipso q̊q; In principio erat verbũ, an non vides nihil eum probare prorsus, nisi etiã illo

ipso

ipſo loco idē eſſet ſermo qđ verbū? At vt tibi penitus os obſtrueret, nō ſolū ita citat locū Cyprianus, verum paulo poſt his ipſis citat. In principio fuit ſermo, & ſermo erat apud deum, & deus erat ſermo. Nūc & Eraſmū clama nouatorem eſſe verborꝫ, quū audias doctiſſimū patrē ac ſanctiſſimū athletā Chriſti, verbū dei, pro q̄ fudit ſanguinē & legiſſe & appellaſſe ſermonē, plus annis mille priuſq̄ naſceret Eraſmus. Qua in re beato Cypriano diuus Auguſtinus in cōmentarijs ſuis ſuper Ioānem aptiſſime ſubſcribit. Iā qđ ais, ad tuę cauſæ ſtabilimentū, ſufficere qđ ſancta mater eccleſia, ex omniū ſanctorꝫ cōſenſu, p̄ tot ſæcula tā ſacrato ſit vſa vocabulo verbi, iſtud q̄modo tuas partes ſtabiliat ipſe videris Eraſmo certe nō modo nō nocet verū etiā factū eius in primis tuetur atq; defendit. Nā quū ille ſermonē vertit, verbū nō reprehēdit, nec vetus interpres, cū verbū vertit ſermonē reicit, atq; refellit, Sed ne eccleſia quidē cū verbū haberet in vſu reiecit ſermonē quē itidē habebat & habet in vſu. Eraſmus igitur cū ſermonē vertit nec̄ cōtradicit eccleſię, nec veterē taxat interpretē. Rurſus cū ſermonē vertit pro Chriſto, cur nō illi quoq; debet, ad ſtabilimentū ſuæ cauſæ ſufficere, qđ vt ipſe ſcripſiſti de verbo, ita quoq; ſancta mater eccleſia ex oīum doctorꝫ & ſanctorꝫ cōſenſu, per tot ſæcula tā ſacrato ſit vſa vocabulo ſermonis? Quis vetabit interpretē e duobus eiuſdē rei vocabulis ſumere, qđ ſibi libet? Quis iure in ius vocabit traſlatorē nouū,

quod vxorẽ verterit, quã prior appellarit cõiugem. Imo vero inquis, nã turbat insuetiore vocabulo simplicem plebeculã. Itaq; cernis, quorsum Erasmi istius tẽdit labor, nempe vt schisma oriatur, vanitas introducatur. Ille obsecro turbat simplicem plebeculam, quæ quid ille scribat nũq; sit cogitatura, nisi q̃s dam instigaret inuidia, qui velut alter Chain, q̃nquidem e fraterno sacrificio fumũ vident ascendere, suũ vero deorsum ferri, cõcidentes vultu, qd̃ in ipsis est, innocentẽ conant occidere, impijs obtrectationibus obpugnãtes agnitam veritatẽ, populumq; simplicẽ seditiosis excitãtes clamoribus, quos vel tacẽdo quiescere permisissent, vel certe quos falsa narrãdo cõmouerant, eosdẽ debuerant rursus vera monendo compescere. Alioqui si qd̃ Erasmus elaborat doctis, id isti cũ tueri se suas partes nõ posse apud sapientes intelligant, apud indoctũ vulgus oblatrent, & importune res litterarias auriculis ingerãt illitteratis, ac stultum vulgi plausum captent, quia prudẽtibus placere nõ possunt. Ipsi nimirum schisma cõmouent. Alioqui si vl̃ his dẽ rebus tacerẽt apud vulgus, vel saltẽ vera loquerẽtur, nihil esset schismatis. Nã cur oriretur ex eo schisma, q̃ diuersa diuersa ῥ̃ba transtulerint, cũ significata sint eadẽ, qua in re tuũ tibi dictũ licebit opponere, qd̃ tute nuper Erasmo obieceras ex Ambrosio, qui dicit. Mihi nȭ distat in ῥ̃bo, quicquid nõ distat in sensu. At vereris ne hoc pacto accidat, vt breue innũerabiles habeamus ãditiones, cũ haud paucos

cos(vt ais)habeat mũdus, q̃ in grẹcanicæ linguẹ sciẽtia, Erasmo aut pares sũt, aut certe supiores. Nescio qui nũerus apud te superet paucitatẽ, sed si numerare noĩatim cœperis, nõ dubito, qui pares illos infra paucitatem reperies, superiores sortassis infra vnitatẽ. Si sacrarũ litterarũ studiũ adiũxeris, sine qua quãtalibet etiã linguæ peritia impar huic prouinciæ, futura sit. Ego certe non dubito Erasmi labores facile effecturos, ne posthac existant multi, q eadẽ vertãt denuo. Nã vt poterunt exoriri facile, q fortassis vno atq; altero loco cõfisuri sint aliquid sese ꝑuidisse certius, ita neq; tã doctũ expecto, neq; tã audacẽ quenq̃, q speret aliquãdo sese toto rursus vertẽdo opere, qd' Erasmus ante transtulerit, facturũ operæpreciũ. Q; q̃; si plurimæ forent æditiones, quid id nocuerit? Diuus Augustinus, id qd' tu times censet in primis eẽ vtile, dũ etiã si pares oẽs esse nõ possent, alius tñ alibi vertit cõmodius. At interim lector inquis reddet incertus, e tã multis, cui potissimũ possit credere. Istud quidẽ verũ est, si lector plane sit stipes, qui nec ingeniũ adferat secũ, nec iudiciũ. Alioqui si mentẽ habeat, e varijs transferẽtiũ versionibus facilius multo possit, vt Augustinus ait, verũ quid sit elicere. Quæso te cur tãtũ periculi metuis, e diuersis atq; inter se varijs translatorum versionibus, qui nihil offenderis: quum tam multiplices legas enarrationes interpretum: qui nihil variãte littera: nihil ipsi inter sese de litteræ sensu consentiunt; & tamẽ sæpe dissentiunt vtilit': qd' studiosis

& cogitãdi & iudicãdi prebent occasionẽ. Denicꝙ quantũ prosint æditiones variæ necꝙ quicq̃ cõfundãt ecclesiã, psalmi saltẽ tã varie versi lectꝙ declarãt, necꝙ eñ alia res magis adiuuerit eũ, q̃ in eos pernoscẽdos operã nauare decreuerit, nisi quis adeo desipiat vti satis esse putet viennẽsis legisse cõmenta. O miserã pene quiddã, qd' tibi videtur fortissimũ mihi vero tã imbecille, atꝙ infirmũ, vt vel vno flatu possit euerti. Sed quoniã id pspicio, velut oĩm munitissimũ, in tuis haberi præsidijs, tua ipsius verba statui recẽsere, ne me queri posses rationes tuas deprauare narrãdo. Ais igitur, plane mirari nõ desino multorꝝ cæcitatẽ, q̃ bene actũ fuisse putãt, quicqd ad græca vel hebraica adducitur exẽplaria, quũ oĩbus perspicuũ sit ex Iudæorꝝ perfidia, græcorꝝ varijs erroribus ipsa eorum exemplaria, mirũ immodũ fore deprauata, ac multipliciũ erratuũ fecibus plena, adde qd' ex nimia diurnitate, necesse est eadẽ exẽplaria deprauatiora esse, q̃ nostra, vt taceã interim qd' diuus Hieronymus etiã suo æuo testatus sit latina exẽplaria emẽdatiora fuisse q̃ græca, græca q̃ hebræa. Quod tu hæc mirari nõ desinis ego plane demiror, quũ facile possis intelligere diuo Hieronymo hæc olim oĩa & obiecta esse, & cõfutata planissime. Nã primũ stultum esse cẽset, si quis credat gentẽ aliquã totã cõspirare, in oẽsoĩm corrũpẽdos libros. Qua in re vt alia ꝓtereãtur incõmoda, necꝙ spẽ vllã poterãt cõcipere fore vt celaretur perpetuo qd' facerẽt, necꝙ dubitare

quin

quin reuelata re, ſuis ipſi indicijs cecidiſſe cauſa vide
rētur, quū cōſtaret eos eā fouiſſe litē quā fatērētur a-
liter nō poſſe ſeſe q̄ codicū deprauatione defendere
Clā vero nō potuiſſe fieri, qđ publicitus a toto fieret
populo, tu quoq; opinor vides quin & illud opinor
vides quū q̄q; die deſciſcerēt ab Hebreis ad Chriſti
anos aliq nec ſegnius ad latinos a grecis falſatio iſta
librorū illico veniſſet in lucē. Præterea quū vtriuſq;
linguæ volumina nō apud infideles eſſent, ſed in ma
nibus etiā verſarētur orthodoxorū, aut hos etiā in il
lorū gratiā neceſſe ē ſuos deprauaſſe codices, aut ex
veris horū exēplaribus illorū redargutā eſſe falſitatē
Quid qđ his in rebus de q̄bus nobis eſt vel cū græ
cis, vel cū hebraicis cōtrouerſia eſt, illorū libri cū lati-
nis conſentiūt, nec de littera ferme quæſtio fuit vnq̄,
ſed de ſenſu ſp atq; ſentētia. Qua ex re facile potes
iudicare noluiſſe eos alijs in locis mutare libros, vbi
nihil attinebat: quos ibi reliquerunt integros, vbi
maxime in rē ſuā fuerat eſſe mutatos. At noſtra exē
plaria veriora ſunt inquis q̄ græca, cur igitur ſuadet
Auguſtinus, vt ſicubi dubites de latinis codicibus
recurras ad græcos. Sed tu libētius adheres Hiero-
nymo, q ſcribit (vt ais) etiā ſuo tpe græca exēplaria
veriora fuiſſe q̄ hebraica, & latina q̄; greca. Reliqua
quæ cōgeſſeras oīa viſa ſunt certe facillima. At iſtud
legēs fateor, nō nihil perculſus ſum. Nā Hieronym⁹
apud me nuſq; nō grauis autor, in hac re merito gra
uiſſimus eſt, qui ſi fateretur græcorū libros emēdati

ores

ores esse, q̃ hebręorũ & latinos quoq; q̃ gręcos, alij fortassis inuenerit aliquã rimã, tñ mihi certe nullũ patebat effugiũ. Cęterꝝ cœpi ꝓfecto mecũ demirari si qd eiusmodi sentiret Hieronymus. Nã hoc sciebã nihil illũ potuisse dicere qd' magis aduersaret' ipsius instituto. Locus non occurrebat mihi vbi diceret, qd' nusq̃ potius videret' esse dicturus. Dũ p̃ssius ea de re cogito, cœpi tãdẽ velut ꝑ nebulã recordari eiusmodi olĩ q̃ppiã me legisse ĩ codice decretorꝝ põtificiorꝝ Corripio librũ sperãs vt ibi errasse te dep̃hẽderẽ Nã ꝓpemodũ diuinabã ex illo desũpsisse te, qd' perperã accepisse te sperabã. Vbi locũ repperi aĩo plane cõcidi, atq; oẽm ꝓpemodũ abieci spẽ, ita eius opis glossema dicere cõperio eadẽ ipsa q̃ te. Etem̃ q̃q̃ nõ vsq; adeo eius viri quisquis fuit qui ꝓdidit hoc cõmẽtũ doctrinã timui, quin spes esset posse interdũ fieri, vt in Hieronymo falleret', territus sum tñ diligẽtia, quã mihi ipsi ꝑsuaserã tãtã esse adhibitã, vt in istud sacrũ decretorꝝ volumẽ qd' plusq̃ adamãtinas leges toti p̃scribit orbi, nihil oĩno cõgereret nõ intellctũ. Verũ enĩuero Hieronymi prudentiã respiciẽs trahebar alio, quẽ plane sciebã nequaq̃ esse tam stupidũ, vt cũ gręcorꝝ codicum vicia causatus, instrumentũ vetus decreuisset ad hebraicam repurgare veritatem, ac latinorum sordes, quas in nouo testamento cõtraxerat, ad græcorũ fontes emẽdare, idem tamẽ fateretur exemplaria græca, veriora esse, quã hebraica, & latina quã gręca. Quo quid eius ꝓposito dici potu

it aut

it aut magis cõfingi cõtrariũ? Hæc reputãti mihi ce
pit aĩus eo tandẽ ꝟgere, vt glossematis potius diligẽ
tiam, quã Hieronymi prudentiã suspectã haberẽ. Ita
q̃ verti me ad locũ (est enĩ in fine illius epistolę q̃ inci
pit Desiderij mei. Deus bone, q̃ fœde lapsum glos-
sematis autorẽ video. Nã locus apud Hieronymum
sic habet, Aliud est si cõtra se postea ab apl'is vsurpa-
ta testimonia ꝓbauerũt, & emẽdatiora sunt exẽpla
ria latina q̃ gręca, gręca q̃ hebraica. Quũ em̃ alijs re
spõdisset obiectiõibus, quas ęmulos obiecturos pu
tabat, ostẽdit tandẽ indignos esse respõso, si qui tam
insignit' eẽnt stulti, vt exẽplaria græca veriora crede-
rẽt q̃ hebraica, & latina q̃ gręca. Quã loq̃ndi figurã
nõ ĩtelligens iste amputatis aliq̊t ꝟbis, a quibus tota
sentẽtię pendet vis, reliquũ sic adducit, vt qd' Hiero-
nymus existimauit neminẽ esse tã stultũ, q dicat id,
q̃ iste illũ ipsum dicat dixisse Hieronymum. I nũc at
q̃ istis crede summularijs, quibus nunc adeo credit'
vt ferme ꝓ supuacuis habeant' illi quorꝝ e spolijs su-
as isti summas conflauerunt. ¶ Vbi versionem eius
atq̃ ãnotationes velut acropolim debellasti strenue,
iã minora q̃libet opidula veluti p̃dabundus inuadis.
Atq̃ ĩ primis insilis ĩ Moriã amplã q̃dẽ illã, & ppl'o
frequẽtẽ vrbẽ, quã tñ, qm̃ muliebri ĩpio regit', q̃ &
ip̃a nõ cõsilio militũ, sed temere atq̃ ex libidine rẽ cõ
sueuit gerere, nullo negocio speras expugnari pos-
se. Verꝝ heustu hac ĩ re p̃dico tibi nõ eẽ tã facilẽ expu
gnatu q̃ putas. Nã primũ vt Salomõ ait stultorꝝ ĩfi
nit' ẽ nu-

numerus, deinde qđ ingenio deest, supplet audacia
Certe vt in ciuē haud grauatim admiserint si ambias
adscribi, ita victorē nūq̄ patiētur parati, vel morti de
uouere sese citius q̄ cuiq̄ pareāt. Verū omisso ioco
illa ipsa Moria minus habet morię, plus etiā pietatis,
q̄ habēt eorū pleraq̄ quę vestri quidā. Sed reprimā
me, q̄q̄ illud interim nō verebor dicere, q̄ habēt ora
tiones quędā rithmicæ, quibus vestri quidā sese sibi
putāt oēs deuincire diuos, quoties eorū laudes tam
stultis celebrant nænijs, vt stultioribus non possit, si
quis nebulo maxime studeret illudere, & tamē harū
nugarū hodie nōnihil irrepsit in tē pla, tantā accipit
indies autoritatē, p̄sertim ab adiūcta musica, vt iam
multo minus erga sobrias ac serias, a sanctis olim pa
tribus ordinatas preces adficiamur, quū nōnihil in
tersit rei Christianæ, vt pontifices, qđ eos aliquādo
facturos nō dubito, oībus iustiusmodi prorsus in
terdicāt ineptijs, ne callidus hostis efficiat, vt Christi
grex quē ille vt simplicē esse voluit, ita voluit esse pru
dentē, paulatim assuescat amplecti pietatis loco stul
ticiam. Moriæ patrociniū nō suscipiā, quippe quū
non sit opus. Nā & liber iā diu probatus est optimi
cuiusq̄ iudicio, & aduersus inuidorū calūnias Eras
mi iāolim apologia defensus, cū eorū noīe Dorpius
vir & p̄phanis litteris, & sacris eruditissimus, quic
quid ab illis excogitari poterat coaceruasset, & ne p̄
uaricari videretur, eloquēter excoluisset, etiā vt tibi
iā difficile fuerit obijcere, qđ non sit ante reiectū, nisi
quod

qũod vnũ prorſus inueniſti nouũ, qđ ingeras, cum Eraſmũ dicis in Moria Moſcum quendã agere, qđ ego certe cõuiciũ fateor nõ poſſum refellere. Quippe qui quid ſibi velit, aut quis is fuerit Moſcus prorſus nõ intelligo, neq; enĩ tã ſtulte ſum arrogãs, vt doctior affectem videri q̃ ſum. De Momo q̃dã audiui ſæpe, cui an cognomen forte Moſcus fuerit, ego certe nõ cõperi. // De Iulij dialogo, neq; cuius ſit, neq; cuiuſmodi ſit, mihi vnq̃ valde libuit q̃rere, cũ de vtra q̃ re varias audierim ſentẽtias. Hoc certe ſcio, ꝓtinus defuncto Iulio, rẽ Pariſijs ludis actã publicis. Multi ſciunt reuerẽdum patrẽ Poncherium Pariſienſis vrbis antiſtitẽ, qui huc legatus venerat librũ vendicaſſe Fauſto, qđ vt verũ fuerit, nihil impedit Eraſmũ, cui Fauſtus nõ ignotus erat, librũ apud ſe q̃dq; priuſq̃ excuderetur habuiſſe. Nã q; ex ſtilo rẽ cõuincis, quem Eraſmi ſuũ atq; ipſiſſimũ eſſe confirmas, nõ poſſum mihi tẽperare quin rideã, reputans mecũ, q; cũ nõ ꝓmittas Eraſmo, vt ex ſtilo quicq̃ iudicet in Hieronymianis operibus, is cui qđ oĩbus in confeſſo eſt, oẽs oratiõis virtutes ſunt exploratiſſimæ, tu qui quid ſit ſtilus, aut phraſis explicare nõ poſſis, arroges tĩ tibi vt ex ſtilo diſcernas Eraſmica in tanta litteratorũ turba, quorũ quiſq; quoad poteſt, Eraſmicã dictionem conatur imitari. Iam pone librum illius eſſe, pone hominem infenſum bellis, iratum turbulentis temporibus, aliquo animi impetu prouectum latius, q̃ pacatis poſt illa rebus, & tranquillatis affectibus optauiſſet,

uisset. Primum magis hoc erat imputandum ijs, qui librum suo tẽpore scriptum, tempore nõ suo vulgauerunt. Deinde quæso te, hoccine monachi fuerat errorem fratris eruere, cuius officiũ postulet potius, vt solitarius sedeat, ac sua peccata defleat, q̃ vt aliena coarguat. Q d'si quem liber offenderit, apud hos opinor malam inibis gratiã, libellum asserens illi, quando plus eorũ e re fuerit, opus vt sit ἀλέσωτος, q̃ ab autoris æstimatione cõmendetur. Lutherus qualia scripserit viderint quibus vacat. Erasmus certe, si quid illi scripsit: non dubito, quin ita scripsit, vt virũ bonum decet, neq; tu aliquid habere te certi significas, nec tñ interim quoad habeas potes abstinere conuicijs, credo ne tantisper voluptate careas illius belli dicterij, dignum patella operculum, cuius vnius illecebra videris in Erasmi ac Lutheri mentionẽ esse pertractus. Nam mirum est vt vbique affectas esse facetulus. At ego immodicum istud ociũ demiror, quod in schismaticos hæreticosq; libros tibi liceat, si modo vera dicis, impendere. nisi tanta bonorũ inopia est, vt tempus breue insumere cogaris in pessimos. Nam si boni sunt libelli, cur damnas? si mali, cur legis? cui cum non ea facultas possit obtingere, vt sis idoneus qui de refellendis erroribus admoneas mundum, cuius & curam abdicasti, quum temet in claustrum abderes, quid aliud facis, peruersa legendo, q̃ discis? Nec satis esse video quod in malos codices bonas horas colloces, nisi plurimum temporis etiam in sermonẽ,

& confa

& confabulationes, adhuc deteriores codicibus malis absumas, ita nihil vsq; gẽtium esse video rumoris, obtrectationis, infamię, quod nõ in cellam recta prę feratur ad te. Atqui legimus olim fuisse monachos, ita penitus mundo subducentes sese, vt ne litteras quidem ab amicis missas legere sustinuerint, ne vel respicere cogerẽtur Sodomam, quam reliquerant. Nunc vero & hæreticos vt video libellos plegunt, & schismaticos, & immensa meris nugis referta volumina. Nunc quicquid audire verebant in sæculo, & ne audire cogerẽtur in claustra fugerũt, callidus hostis ingerit fugiẽtibus, arteq; pertrudit in cellas, Nec aliud illis præstat cultus ille eximius, nisi vt facilius imponant incautis. Nec aliud præstat ocium, nisi vt magis vacet maledicẽtiam adornare. nec aliud secessus, nisi vt nihil pudeat ab hominum oculis semotos, nec aliud occlusæ cellulæ, nisi vt liberius obtrectent alienæ famę, In quas quisquis ingreditur, primũ oratione dominica propiciat deum, vt colloquiũ illud sanctum esse ac salutare iubeat. At quid prodest ab oratione dominica, infamatricem ac detractatoriam aut spicari fabulam? Quid est, si hoc non est in vanum sumere nomen dei? Hic multo nimirũ maxime locũ habet, qd' ex Euangelio citas in Erasmum. Nã certe non omnis qui sic deo dicit, domine, domine, intrabit in regnum cœlorum. // Itaq; quum literas istas tuas intueor, tam plenas obiurgationis, conuicij, detractionis, ac scõmatũ, menteq; rursus mecũ repeto

candorem illum, vereq; amabilẽ indolẽ adolescentiæ tuę, q̃ tã lõge tibi ab huiusmõi vicijs aberat, q̃ ad esse p ætatẽ tum ac vitæ statũ poterat excusatius certe, si reliq̃s mores tuos ab ista spectarẽ epla, admonerer haud dubie illius Ouidiani Carminis, q̃ Dianira pstringit Herculẽ. Cœpisti melius, q̃ desinis, vltima primis cedunt, dissimiles hic vir & ille puer. Verũ eñ uero nõ sum tã iniquus, vt totũ te ab vnis estimẽ litteris, imo libẽtius inclinor vt credã, q̃ tu reliquis morũ tuorum partibus melior es ac sanctior, eo dæmonẽ quẽpiam infestius tuis inuidere ẏ tutibus, atq; ex insidijs emicãtem, vehemẽter eniti, alias eius pedicas euitãtem te vna saltẽ, eaq; insidiosissima cõprehẽdere atq; ad se ptrahere, dum se transformãs in angelum lucis, nobis pstringit aciem vt videtes, nõ videamus. Sed hallucinãtibus oculis, atra cãdefiãt, & nigrescãt cãdida, virtus aliena sordeat, nostra nobis niteãt & blãdiantur vicia, dum alienã famam incessere, vocat fraterna monitio. Ira atq; inuidia ducitur feruor ac zelus in deũ. Insciția vero, simplex & sancta rusticitas appellatur, Arrogãs ac ptinax animus, fortis & infracta constãtia, denicq; dum aliquo semp pretextu pfectus alieni nostris obsecundamus affectibus, ĩsdẽq; fere deterrimis, quẽ admodũ in his ipsis q̃s scripsisti litteris, quasi dũ me admones Erasmo detrahis, neq; tamẽ eorũ quæ in illũ tam acerbe cõĩcis, quicq̃ in illũ cõpetit, pleraq; vero in tuũ caput recta recidũt. Nã stilũ carpis vt affectatũ, quũ tui solœcis-

mi

mi plus oleãt olei, q̃ illi⁹ elegãtiæ. Illi⁹ inceſſis morda citatẽ, & oĩa clamas illũ canino dẽte corrodere, quũ tute his vnis litteris, plus arrodas illũ, q̃ ille vnq̃ quẽq̃, Imo ſi quis libros eius õnes, ſi quis oẽs p̃currat epiſtolas, ſi quodcũq; vnq̃ ſcripti genus emanauit ab illo, a q̃ manarũt tã numeroſa volumina, atq; ex his vndecũq; invnũ cõgerat cumulũ, quicquid vnq̃ mali ſcripſit in quẽcq;, idq; etiã tacitis eor̃ quos attingebat noĩbus, quũ nõ deeſſent quoq; qui multa eſſent acerbiora cõmeriti, tamẽ is ipſe cumulus multo erit humilior hac tua mole, qua coaceruãdis in illũ cõuicijs, idq; etiã noĩatim, videris exſuperare pyramides, quũ is te nihil vnq; quicq̃ offenderit, quũ tua ſtudia ſuis etiã ſcriptis adiuuerit, teq; incõpenſabili beneficio adfecerit. Illum vociferaris arrogãtem, qd' auſus eſt aliorũ errata taxare, tu tibi nimirũ videris eſſe modeſtus, dum in illo carpis q̃ recta ſunt, dum ea reprehendis quæ laudãt hij, quorũ iudicio reclamare nõ vulgaris eſt immodeſtiæ, e quibus cõmemorare tibi multos poſſem, eoſq; virtutis & doctrinæ gratia celeberrimos, qui certatim illi vndiq; gratias agunt qd' tãtum eius labore p̃fecerint. Verũ exteros prætermittã õnes, quorũ qd' tibi ſint ignoti fortaſſis autoritatẽ effugies vnũ atq; alterum e noſtris nominabo, tales vt his diſſentire ſit impudẽs. Nomino, atq; adeo honoris cauſa nomino reuerẽdum in Chriſto patrem Ioãnem eccleſie Roſſenſis antiſtitẽ, virũ non litteris magis q̃ virtute nobilẽ, quibus hodie nemo

viuit

viuit illustrior. Coletum nomino, quo vno viro, ne-
q; doctior necq; sanctior apud nos, aliquot retro sæ-
culis quisq; fuit. Horæ extãt litterę, nec ad Erasmum
modo scriptæ, in quibus aliquid gratiæ datũ videri
possit, ni tales essent illi, q nulli prorsus mortaliũ suo
mẽdacio, in aliorę p̃sertim dãnum vellẽt gratificari,
sed ad eos datæ, quos oĩbus inhortantur modis, vt
Erasmi versionem diligẽter plegãt, magnũ ab ea fru
ctum reportaturi. Dominus Ioãnes Landlãd deca-
nus Salisberiensis, alter vt eius laudes vno ỽbo cõple
ctar, Coletus, seu cõcionãtẽ audias, seu vitę spectes
puritatẽ, fateri nõ cessat, ex Erasmi cisopibus in testa
mentũ nouũ plus sibi lucis accessisse, q̃ ex reliquis fe
re, q̃s habet cõmẽtarijs oĩbus. Nõ est cur alios cõme
morẽ, si credas istis, minus etiã si nõ credas istis. Q ui
bus eĩ credas hac de re, si non credas talibus? Certe
multũ tibi sumis, quũ quã rẽ isti tãtope laudãt, tu ma
gnifice vituperas. Q uid qd' summus põtifex qd' tu
vituperas bis iã accurate, pbauit. Q d' Christi vicari
us, velut diuinæ vocis oraculo, pnũciauit vtile, id tu
puer, ppheta altissimi vaticinari esse dãnosum Q d'
ex arce religionis summus ille Christiani orbis prin-
ceps, suo testimonio cohonestat, id tu monachulus
& ĩdoctus & obscurus, ex antro cellulæ tuæ purulẽ
ta lĩgua cõspurcas. Hic tibi nimirę curãdũ est, vt faci
as ipe qd' Erasmo cõsulis, nẽpe ne plus sapias q̃ opo
tet sapere, sed sapias ad sobrietatẽ. An nõ hoc qd' fa
cis istuc ipsum est, qd' illi rursus obĵcis, iusticiam dei
igno

ignorare, ac tuã velle cõstituere, cũ qd' summus Põtifex studiosis oĩbus pio totiẽs affectu cõmendauit, id operis ipse nõ dubitas improbe cõdẽnare. Quã in rẽ velut fũdamẽtũ substernis, Erasmũ prorsus esse scriprurarꝝ insciũ, tu videlicet õniscius, in quas ille ꝑnoscẽdas haud multo pauciores insumpsit ãnos q̃ tu vixisti, quẽ an tu ingenio superas, aut diligẽtia, nõ excutio. Hoc certe scio, qd' mihi fas est, etiã saluo honore tuo dicere, nõ vsq; adeo suꝑas, vt tã lõge minore tꝑe possis efficere, qd' ille tã lõge maiore nõ possit. Et tamen illũ iam in scripturarꝝ studio senescentẽ, mirꝝ est q̃ immo deste tu iuuenis αὐτοδίδακτος, imo cui nũq̃ vacauit discere γεροντα γωγὸς mirũ est q̃ tibi videre sciolus, quoties talibus agis argumẽtis quæ te manifeste produnt rem non intelligere. Sed tum demũ præcipue rem te fecisse magnam putas, quoties e sacris voluminibus corrasis hinc inde centonibus, in illum lusitas, & nõ aliter verbis sacræ scripturæ scurraris, q̃ in comedijs parasiti solẽt ludere dicterijs. Quare vt nihil est ĩprobius, ita nihil est vsq̃ facilius. Vsq; adeo vt quidã nebulo mimicus, cũ nuꝑ imitaretur, habitu, voce, vultu, gesticulatiõe, cõcionantẽ fratrẽ, atq; in medio sermone, quẽ totũ cõcinnarat e sacris litteris obscenũ atq; ridiculũ, narrationẽ q̊q; de more q̃busdã solẽni fratrib⁹ insereret, sed ĩpudicã, nẽpe de fraterculo procãte, ac viciãte mulierculã. Is nebulo illã ipsã tã fœdã spurcãq; fabulã tñ adeo ĩfarsit cẽtonibus scripturarꝝ, vt neq; dũ ꝓcatur fraterculus,

neq;

neq̃ dũ conspurcat̃ adultera, neq̃ dũ res supueniẽte marito deprehẽdit̃, neq̃ dũ deprehẽsus cõprehẽdit̃, neq̃ dũ cõprehẽsus vterq̃ testis execat̃. Interim alid' ꝟbũ vllũ, q̃ e medijs scripture sacrę codicibus depromeretur, atq̃ ea oĩa, q̃q̃ ad rẽ ex diametro diuersam, tñ applicata tã cõmode, vt nemo tã seuerus esset, qui risum cõtinere possit, cũ nemo cõtra tã eẽt ridiculus, qui nõ indignaretur ad illiusmodi nequitias sacris illudi litteris. Nec deerant tñ q̃ dicerẽt occulta quadã dei dispẽsatione cõtingere, vt qñ frẽs pleriq̃ iam diu ꝟbũ dei adulterare cõsueuerint, existerent aliqñ fratromimi, q̃ cõtra fratres fratrissarent, suoq̃ ipsos exemplo confunderent, & velut suo, qd' aiunt, gladio iugularent. Verum si nefas est, vt certe est, abuti sacris litteris ad lasciuiam, aliquãto adhuc magis nefas est, si quis quod tu facis, in alterius abutatur infamiã Q d' nihilo facis excusatius, quia mihi scribis, quem illi scis amicum esse. Imo tãto peccas impensius. Etenim si ista prædicasses apud quẽpiã, cui Erasmus eẽt odio, alienasses dũtaxat eum, qui iam ante fuisset alienus, nũc vero quoad per te fieri potest, auulsisti coniunctissimum. Quãobrem quod ante dicebam cũ adolescentiæ tuæ mitem illam, ac modestam indolẽ, animo mecum reuoluerem, non potui profecto, vt non dolere satis, ita nec satis vsq̃ admirari, nascẽtem istam tibi maturioribus annis in eo vitæ statu, quæ tota non humilitatem modo, sed & despectum sui profitetur (vt ne quid dicam grauius) immodestiam.

Cuius

Cuius ego rei causas, dum tacitus atq; admirabundus inquiro præter hostem illum cõmunem, cuius occulto suggestu ꝓpe vniuersa vicia velut ab impuro fonte permanãt, prætereq; satellites eius quosdã, quorũ inuidiã video, simplicitatẽ tuã suis infecisse virulẽtijs. Sẽtio certe nõnullã huius veneni partẽ ex affectu quodã suboriri tibi, nõ nouo quidẽ illo nec inusitato mortalibus. Cæterꝝ q̃ nõ alius humanas res grauioribus malis afflixerit. Is est adfectus ille q̃ quisq; fere occulto quodã fauore sui, sic in suũ ꝓpendet ordinẽ, vt eius vicia nec ipse cernere, nec ferre possit indicãtem. Hoc ipso affectu hallucinatũ te zelo quodã video, sed impito stimulari, vt religionũ studio de illo dicas male, q̃ de religiosis oĩbus impẽdio meretur bene, nec vsq; tamẽ impẽsius, q̃q; quũ id ipm agit, qd'tu calũniãdo conaris in odiũ atq; inuidiã trahere. Nã quoties oblatrat inquis, cõtra sacra religionis instituta, cõtra deuotas religiosorꝝ ceremonias, cõtra vite asperitatẽ, contra sanctã solitudinẽ, demũ cõtra oĩa q̃ suæ vagabũdæ minime correspõdent vitę & cõuersationi. Hęc tua ꝟba quũ legerẽ, facile certe deꝑhendi qd'te calcar extimulet, nẽpe zelus in religionẽ tuã. Eqdẽ haud dubito neminẽ esse virũ vsq; bonũ, cui nõ religiosorꝝ ordies oẽs, eximie chari cordiq; sint, q̃s & ipse certe nõ amaui modo sẽꝑ verũeti am perq; reuerẽter colui, vtpote suetus prehonorare pauprimũ cõmẽdatione virtutis, q̃ si quẽ vel nobilitẽt diuitię, vel nataliũ splẽdor illustret. Verũ eñuero

quẽ admodũ cupiã reliquos mortales oẽs, vos ac ve
ſtros ordines, eximia quadã charitate ꝓſequi exigẽ-
tibus id meritis nimirũ vr̃is, quoꝝ ego ſuffragijs hu
ius orbis miſeriã nõ nihil leuari crediderim (nã ſi mul
tum valet oratio iuſti aſſidua, quantũ neceſſe eſt vale
at oratio tam indefeſſa tot miliũ? ſic ediuerſo optaue-
rim, ne vos quidẽ ipſos tã prauo ſtudio vobis indul-
gere, vt ſi quis res attingat veſtras laboretis, aut bene
dicta narrãdo deprauare, aut perperã interpretando
bene cogitata corrũpere. Neſcio qd eius verba tuo
palato ſapiant ſic ad fecto, verũ hoc certe ſcio, nemi-
nẽ hactenus reppiſſe me, qui quæ ſcripſit ille, ſic acce
perit, tanc̃ꝫ religioſorũ reprehẽdat ceremonias, ſed
eos potius, qui vel ſuperſtitioſius abutũtur, vel inni-
tuntur piculoſius, ac rẽ ex ſe nõ malam, ſua freti ſtulti
tia vertũt in pniciẽ. Qua ex ſorte plus ſatis eẽ multos
tu quoc̃ꝫ opinor, quantũuis in tuos ꝓpenſus, nõ in-
ficiabere, nec̃ꝫ em̃ qc̃q̃ eſt vſc̃ꝫ tã ſanctũ, qd̃ callidus
hoſtis non ſatagat aliqua ſemp techna viciare, qui vt
eſt deo oĩbus in rebus oppoſitus, conat̃ haud aliť ex
nr̃is bonis operari mala, c̃ꝫ ex malis nr̃is bona ꝓagit
deus. Qz̃ multos inuenias, q ſuæ ſectæ ceremonijs
haud ꝓaulo plus q̃ ip̃is dei p̃ceptiõibus incũbũt. An
nõ integros repies ordines, qui ꝓpter ſuos ritus cũ
alijs digladiant ordinibus, dũ ſemetinuicẽ ſtudẽt nõ
eſſe qdẽ, ſed haberi ſanctiores, idc̃ꝫ de priuatis vtric̃ꝫ
ceremonijs, ijſdẽc̃ꝫ crebro nõ vſc̃ꝫ quac̃ꝫ neceſſarijs,
cũ de ſerijs interim, magisc̃ꝫ ad rẽ ꝓtinẽtibus tã õnes
in

in cõe consentiãt, q̃ nõ admodũ anxie, qdã curãt obseruare. In quas factiones, in quot sectas, idem se scindit ordo? Tum qui tumultus? quæ consurgunt tragœdiæ, vel ob aliũ colorẽ, vel ob aliter cinctã vestẽ, aut aliud quippiã ceremoniolæ, si nõ oino despuendæ, at certe nõ satis dignæ propter quã exulet charitas? Q̃ multi sunt, qd' multo certe deterrimũ est, qui religionis freti fiducia, sic intus cristas erigũt, vt spatiari sibi videant in cœlis, ac solaribus insidentes radijs humi repentẽ populum, tanq̃ formicas e sublimi despicere, nec id prophanos mõ, verũ sacerdotũ quoq; quicquid ẽ extra scepta illa claustrorũ, ita pleriscq; nihil est sanctum, nisi quod faciunt ipsi. Multum prouidit deus cũ oia instituere coia, multũ Christus cũ in cõe conatus est, rursus a priuato reuocare mortales. Sensit nimirũ corruptã mortalitatis naturã, nõ sine cõmunitatis dãno deamare priuatũ, id qd' res oibus in rebus docet. Nec em̃ tantũ suũ quisq; p̃diũ amat, aut suã quisq; pecuniã, nec suo duntaxat generi studet, aut suo quisq; collegio: sed vt quicq; ẽ qd' aliq̃ mõ vocemus nostrũ, ita in se illud affectus nr̃os a cõium cultu rerũ seuocat. Sic nr̃a q̃q; ieiunia publicis añponimus. Sic vbi diuũ quẽpiã selegim⁹ nobis, pluris illũ sępe q̃ decẽ potiores facim⁹, nẽpe cũ ille sit nr̃, cũ reliq diui sint oĩm. Iã si quis taxet huiusmodi, nõ is plebeculæ damnat pietatẽ, sed admonet potius ne pietatis p̃textu surrepat ĩpietas. Nã vt nemo gẽtẽ aliquã reprehenderit, quæ diuum quẽpiam noiatim

idonea de causa coluerit, ita nõ nullis fortasse videbunt suæ pietati plus satis obsecuti quidã, qui in sui diui peculiarem gratiã, diuũ hosticę gẽtis ꝑsidem de tractũ tẽplo ꝓpiecerit in cœnũ. Atqui ritus huiusmodi priuatæq; ceremoniæ, vt interdũ male cedũt apd nos, ita nõ semp opinor apud vos cedũt bene, sed apud plerosq; vt quicq; magis est ꝓpriũ, ita plurimũ habeẽt in ꝑcio. Hinc pluris multi ceremonias ęstimãt suas q̃; cenobij, cenobij q̃; ordinis, tum quicquid est ordini ꝓprium, q̃; quæ sunt õni religioni cõmunia, sed ea tamen quæ sunt religiosorę pluris aliquãdo faciunt, q̃; vilia illa atq; humilia quę nõ sint illis vllo modo priuata, sed cum õni prorsus populo Christiano cõmunia, cuiusmodi sunt virtutes iste plebeæ, fides, spes, charitas, dei timor, humilitas, atq; id genus alię Neq; nouũ est istud, imo iã diu est qd Christus populo exprobrauit electo. Quare & vos trãsgredimini mãdata dei propter traditiões vestras, Negabũt ista nõ dubito etiã ij qui faciunt. Quis enim tam vecors est vt fateatur pluris se facere ceremonias suas q̃ prędecepta dei, quibus nisi paruerit, illas ipsas nouit inutiles? Verbis haud dubie si rogẽtur recte respõderint, factis fidem dictis abrogabunt. Mentiri credar nisi sint religiosuli quidã certis in locis tã obstinati silentij, vt in quadris ambulacris illis magno conduci non possint, vti vel summisse mussitent, qui pedem latum in alterutrũ subducti latus haud vereãtur atrocibus intonare cõuicijs. Nõ desunt qui metuerẽt supuen

ſuꝑuenturꝫ dęmonẽ, q̃ viuos in orcũ auferat, ſi quip piã conſuetarꝫ demutarint veſtiũ, q̃s nihil mouet, cũ pecuniã cõgerũt, aduerſantur abbati, ac ſubinde ſup plantãt. An paucos eſſe putas quibus habeatur mul tis lachrymis expiãdum piaculum, ſi verſiculũ omit terent in pręcibus horarijs, quibus ne ſcrupulus qui dem timoris vllus oritur, cum ſæpe peſſimis atqꝫ in famatricibus impiãtur fabulis, ijſdemqꝫ lõgiſſimis etiã precibus longioribus. Ita nimirũ culicẽ cõmi nuunt, elephãtem deglutientes integrũ. Sane multo ſunt plures q̃ vellem, qui vel ipſo religioſi titulo, lon ge ſupra mortalium ſortem ſibi videntur aſcendere. Sed horum bona pars deliri magis, q̃ mali. Quidã ſuauiter inſaniunt, vt quicquid illis amens dictat ani mus, id protinus ſic accipiunt, velut inſpiretur a deo & ſeſe credũt interim in terciũ rapi cœlũ, cũ verius arrepti ſint in tercium gradũ phreneſis. At illi multo furiunt periculoſius, qui vſque adeo ſuperbiunt, ac ſibi videntur ſanctuli, vt non contemnant modo, verum condemnent etiam reliquos mortales om̃es præ ſe, nec alia fere de cauſa q̃ quod ſuperſtitioſe ni mium ſuis inherent ritibus, ſuis gloriantur obſeruã tiolis, quibus nonnulli ſibi tum quoqꝫ videntur tuti, cum talibus fulti patrocinijs, quodlibet armãtur ad facinns. Eq̃dẽ noui quẽdã inſtituto vitę religioſum idqꝫ ex eo genere quod hodie ducitur, & vere duci tur, vt ego certe ſentio religioſiſſimum. Is quum nõ iam nouicius: ſed qui multos annos in regularibus

vt

vt vocãt obseruãtijs insũpsisset, eoq; ꝓmouisset ĩ illis vt etiã p̃ficeret̃ cenobio, dei tñ p̃ceptoꝝ q̃ monastici ritus ĩdiligẽtior e vicio in viciũ ꝓlabit̃, eo tãdẽ ꝓgressus, vt scelus oĩm atrocissimũ, & supra q̃ credi possit execrandũ destinaret aĩo. Imo nõ simplex scelus, sed multiplici fœcũdũ scelere, vt q̃ decreuerit addere cedibus, & parricidio sacrilegiũ. Qui cũ tot patrãdis facinoribus ĩpar sibi solus videret̃ aliq̃t ad se sicarios, ac sectores adsciscit, cõficiũt facin⁹ oĩm q̃ q̃dẽ ego videri ĩmanissimũ. Cõp̃hẽsi cõijciũt̃ in vĩcula. Neq; rẽ tñ explicare decreui, & noĩbus abstinebo noxioꝝ, ne q̃d obsolescẽtis ĩuidię, ordini renouet̃ ĩnoxio. Verũ vt q̃obrẽ ĩstitui narrare ꝑseq̃r, ab illis ego seleratis audiui sicarijs, cũ ad religiosulũ illũ vẽtitarẽt in cubiculũ, nũq̃ añ tractasse de flagitio, q̃; ĩ priuatũ, eius introducti sacrariũ, diuã ꝟginẽ flexis de more poplitibus ãgelica salutatiõe ꝓpitiassent, ea re rite ꝑacta, tũ demũ pure picq; cõsurgũt ad ĩfandũ facin⁹. Atq; vt illud q̃d' dixi facin⁹ mlto fuit atrocissimũ, ita q̃d' nũc dicã lõge q̃dẽ ĩ spetiẽ mitius, ipsa re fortasse nec mlto min⁹ nocuit & certe mlto nocuit lacius. Erat Cõuẽtrię fraterculus ex eo frãciscanoꝝ nũero, q̃ nõdũ ad frãcisci regulã st̃ reformati. Is ĩ vrbe ĩ suburbijs, ĩ finitimis, ĩ circũiectis oppidulis p̃dicauit, q̃cũq; psalterium btẽ ꝟginis oraret cotidie, nũq̃ posse dãnari. Pronis aurib⁹ audita res ẽ, & libẽt̃ credita q̃ viã tã ꝓcliuẽ apuisset in cœlũ, Ibi pastor q̃dã hõ ꝓbus & doctus et si stulte dictũ eẽ cẽsebat, tñ aliquãtisꝑ dissimulat, ratus

tus ex ea re nihil etiã oriturꝫ mali, ppl'm ei q̊ effusius ĩ btẽ v̄ginis cultũ sese daret eo plus hausturꝫ pietatis. At vbi tãdẽ recognoscẽs ouile dep̄hẽdit ea scabie vehemẽt ĩfectũ gregẽ, pessimũ quẽqꝫ ĩ illo psalterio maxĩe religiosũ esse, nõ alia mẽte q̃ qd' spõderẽt sibi, qd uis audẽdi licẽtiã, neqꝫ ei fas habebãt qcq̃ꝫ dubitare de cœlo, qd' tã grauis autor fraterculus e cœlo lapsus tãta cũ fide ꝓmiserat, tũ vero tãdẽ cœpit admonere ppl'm, nõ nimis esse fidẽdũ si psalteriũ psallerẽt, etiã si vno die decies, bñ certe facturos, qui bñ dicerẽt, mõ nõ ea dicerent fiducia, q̃ iã nõ nulli ceperãt, alioq satius esse vti & preces ipsas omitterẽt, mõ & facinora q̃dã, q̃ sub earꝫ p̄rocinio fidẽtius cõmittebãt omitterẽtur simul. Hęc cũ e suggestu diceret, mirũ q̃ indignãtur, adit, exsibilat, exploditur, passimqꝫ velut hostis Marię traducit. Frat alio die cõscẽdit pulpitũ, ordit ab eo themate q̊ maxĩe ꝑstringat rectorẽ. Dignare me laudare te v̄go sacrata, da mihi virtutẽ cõtra hostes tuos. Nã eodẽ themate scotũ quẽdã disputaturꝫ Parrisijs de v̄ginis ĩmaculata cõceptiõe ferũt vsum, q̃ luteciã in momẽto delatũ ꝑiclitãte scilicet alioq btã v̄gine millia passuũ plusq̃ꝫ trecẽta mẽtiũt. Quid mlt̄is opus ẽ v̄bis? facile ꝑsuadet volẽtibus frat, & fatuum & ĩpiũ eẽ pastorẽ. Dũ res flagrabat maxĩe: fors accidit: ip̄e vt Cõuẽtriã peterẽ, visur⁹ ibi sororẽ, Vix eq̊ descẽderã: quũ ꝓponit & mihi q̃stio, an q q̊tidie precaret psalteriũ btẽ v̄ginis, dãnari possit. Irrisi problema ridiculũ. Admoneor illico ꝑiculose factũ, qd'

sic rñderim,

derim, ſanctiſſimũ qũẽdã patrẽ, eũdẽq; doctiſſimũ cõtra p̃dicaſſe. Cõtẽpſi rẽ totã, vt q̃ nihil attineret ad me, Protin⁹ iuitor ad cõuiuiũ, ꝓmitto, venio. Ecce intrat frater ſenex, Silicerniũ, grauis, puer a tergo ſequit cũ codicib⁹. Illico ſenſi mihi parataslites, accũbimus, & ne qd ꝓiret tꝑis extẽplo res, ꝓponit ab hoſpite, frater qd ante p̃dicarat, idẽ reſpõdit, ipſe tacebã. Necq; em̃ libẽter memet diſceptatiõibus, & odioſis, & ifructuoſis imiſceo. Tãdẽ rogarũt: & qd mihi videret, qui cũ tacere nõ licuit reſpõdi qd ſentiebã, ſed paucis & neglecti. Ibi infit frater, oꝛone meditata lõgaq;, & q̃ binis ferme cõcionibus eſſet ſatis, oblatra bat ī cœna. Sũma rationũ tota pẽdebat a miraculis, quoꝝ nobis effutiebat iã e Mariali multa tũ q̃dã ex alijs eiuſdẽ farinę libellis: q̃s afferri iubet in menſã: q̃ narratiõi: maior accedat autoritas. Q uũ aliqñ tãdẽ poraſſet: ego modeſte reſpõdi Primũ nihil eſſe toto illo ſermone dictũ q̃ res ꝑſuadeat illis: ſi qui forte q̃ recẽſuerat miracula nõ admitterẽt: qd fors accidere ſalua Chriſti fide poſſit. Q uæ tñ vt maxĩe vera ſint: ad rẽ haud quaq̃ ſatis habere momenti. Nã vt facile repias principẽ: q cõdonet interdũ ſ̃ hoſtibus aliqd ad p̃ces mr̃is, ita nullus ẽ vſq̃ tã ſtultus qui ꝓmulget legẽ, qua ſuoꝝ audaciã ī ſeſe ꝓuocet, īpunitate, ꝓmiſſa ꝓditoribus, qcũq; genitricẽ eius certo demereãt obſeq̃o. Multis vltro citroq; dictis effeci tãdẽ, vt ille tolleret laudibus, ipſe ꝓ ſtulto rideret. Q uin eo res euaſit, denicq; prauo hoĩm ſtudio ſuis vicijs perſona

pietatis

pietatis fauentium, vt vix aliquando cohibita sit, adnitente quãtis maxime posset viribus episcopo? Nõ hæc eo commemoro, quod vel religionẽ velim religiosorꝫ quorũdam degrauare sceleribus, quũ & salutares herbas & pestiferas eadem terra ꝓgerminet, neꝯ ꝙ eorũ ritũ improbem, qui subinde diuã salutant virginẽ, quo nihil potest esse salubrius. Sed qđ vsqꝯ adeo quidam sibi fidunt in talibus, vt ab his potissimum securitatẽ sibi sumant ad flagitia? Hæc sunt atqꝯ huiusmodi, quæ taxanda censet Erasmus: cui ꝙs quis irascitur, cur nõ diuo succenset Hieronymo: cur nõ alijs itẽ sanctissimis patribus: qui religiosorꝫ vicia & vberius multo cõmemorãt: & multo acerbius insectãtur? Vt callidus est antiquus serpens? vt aconita semꝑ oblinit melle: ne quis reformidet toxicũ? vt gustum nobis inficit ac citat nauseã: quoties offertur antidotus? Qui nos admirantur & nostra facta collaudant: qui beatos appellant & sanctos, hoc est qui nos seducunt: & ex stultis reddunt insanos. Hi nimirũ candidi sunt & beneuoli: hi viciſſim boni pijqꝯ vocãtur a nobis. Atqui multo magis vtilẽ nobis impendunt operã, ꝙ vt quales vere sumus, tales vere nos nobis indicent. Canes illi sunt latratores, arrosores, maleuolentes, inuidi, & hæc audiunt, qui nullius vicia perstringunt noiatim, & audiunt ab his ꝙ suis ipsorꝫ sordibus, aperte conspergunt alios. Itaqꝯ nũc nõ alibi mõ locũ eẽ video, sed ne claustrũ ꝙdẽ dicto clausũ eẽ comico, obsequiũ amicos veritas odiũ parit. Hie-

ronymo quõdam veritas opprobrata est a calumniatore Ruffino, cum eã omnes æqui bonicp lectores, æqui bonicp consulerent. Q d'Erasmus ỹo nõ vere tantũ, verũ etiã tãta scripsit cũ gratia, vt ei per litteras vndicp magnę sint actę gratiæ, ab ordinis cuiuscp religiosis, & præsertim tui. Id nõ tandẽ satis insulse superbecp calũnijs, & conuicijs oppugnatur abs te, cuius ꝓfessio tota fundamentis humilitatis innititur, q̃ videlicet humilitate tu, nõ tuã tantũ sectam magnificis effers laudibus, nẽpe sacris institutis sancta solitudine, deuotis ceremonijs, vigilijs, asperitate vitæ, ieiunijs: sed illum quocp pedibus tanq̃ canẽ calcas, dũ latrantem facis, & vagabundæ cõuersationis. Quę verba cum lego tã religioso perscripta calamo, videor mihi ꝓpemodũ humiles illas sancti pharisæi preces audire. Gratia tibi ago dñe, quia nõ sum sicut cęteri hoĩm, sicut & publicanus iste. Tametsi paulo sanctius esse putẽ, in bonorę laude virorũ, q̃ criminatione versari, nõ est tamen in præsente consilium vt Erasmo scribam encomiũ. Nã & nostræ vires tanto sunt operi impares, & vbicp gentiũ optimi, atcp doctissimi, pro sua quiscp virili certatim faciunt, quibus alioq̃ tacẽtibus, sua illũ benefacta cunctis fructuosa mortalibus, vt viuũ cõmendant bonis, ita sublata cũ fatis inuidia, quod sero precor obtingat, vita functũ cõmendabunt oĩbus, facientcp vt aliqñ desideretur etiã his: quorę nunc liuore lippientes oculi, velut illustri fulgore perstricti contra contueri nõ sustinent. Ego certe

certe, quãdoquidẽ apũd bonos laudatione nõ indíget, ita tẽperabo mihi, ne vel eorũ p̃ me turgescat inuidia, q̃rũ tã improbũ est ingeniũ, vt & quibuslibet alantur obtrectationibus, & bonor̃ laudibus intabescant. Quibus ipsis inoffensis puto fas est, hoc sal tẽ dicere. Si quis diligẽter expẽderit, q̃ assidue, q̃ magna, q̃ multa, q̃ bona volumina vnus ẽdat Erasmus, quibus vl' exscribẽdis tantũ, nõ vnus satis fuisse videretur, is opinor perpẽdet facile, etiãsi nõ totus esset in virtutibus, nõ multũ certe supesse tẽporis, qd' impendatur in vicia. Iam si quis æquos oculos admoueat p̃pius, atq; operũ pẽsitet fructũ, ad hęc eorũ attestationes æstimet, q̃rũ vel studijs lux est addita, vel feruor accessit affectibus, huic ego certe reor, nõ admodũ fore p̃babile, pectus illud vnde velut ignis quidã pietatis exiliẽs, alior̃ aĩos inflãmat, ipsum in semet vsquequaq; frigescere. Has opinor laudes nõ ad inuidiã vsq; benignas, nemo est adeo malignus, vt abnuat, qb⁹ ego tñ ipsis abstinuissem, nisi q̃ tua me petulãtia ne sic quidẽ sinit sistere: ver̃ necessario tecũ lõgius aliq̃to p̃uehit. Nã quis tam patiẽtes aures habet, vt te tã petulãter insultantẽ ferat, cum vagabundi noĩe insectaris, qd' aliq̃n sedẽ, qd' nunq; fere facit, nisi quũ publici boni poscit ratio demutet? Perinde quasi desidere p̃petuo, atq; ostreor̃ in morem, aut spongię, eidẽ sp affigi saxo, ea demũ sit absoluta sanctitas, qd' si ver̃ ẽ, haud satis recteĩstitut⁹ est ordo Minorita r̃ q̃ nisi me fallit opinio, nullus ẽ ordo sanctior, q̃rum plericq; tñ idoneis de causis, totum p̃uagant orbem.

Nõ recte fecit Hieronymus, qui qđ Romã atq; Hie
rusalem interiacet viæ, pmensus est. Multo intra ve-
strã sanctitatẽ sanctissimi fuerũt apli, q sedẽtibus no
bis, imo nõ dũ sedẽtibus, totã vndiq; terrã peragra-
runt. Nec istud eo dico, q; eis Erasmũ cõparẽ, ne qs
id cauillet ad calũniã, sed vt ostẽdam tibi, quẽ admo-
dũ loci mutatio sæpe sine vicio cõtingit, ita nõ eẽ pci
puã in sedẽdo semper sitã sanctimoniã. Etenim vt ad
Erasmũ veniã, q̃q̃ pacto sese habeant cætera, quæ se-
se habẽt optime, vagationẽ interim, quã tu tã pcacit
inuadis in illo, profecto nõ dubitauerim cuiq̃ vestra
rũ parti virtutũ, quacũq; vobis maxime placetis an-
teferre. Neq; em̃ quẽq̃ hodie esse vsq; puto, qui qui-
dem suũ curet geniũ ac laborẽ horreat, qn is vobiscũ
sessitare malit, q̃ vagari cũ illo. Qui seu spectet labor.
plus nõnũq; in vno laborat die, q̃ vos in multis men
sibus: seu laboris æstimetur vtilitas, plus in vno mẽse
nõnũq̃ ecclesiæ toti profuit, q̃ vos in annis plurimis,
nisi cuiuspiã vel ieiunia putes, vel p̃culas, tãtũ & tã la-
te cõducere, q̃ tot egregia volumina, e quibus totus
eruditur orbis ad iusticiã, aut nisi deliciari videtur is,
qui maris, hyemis, sæuiciã cœli, labores oẽs in terra,
dũ pfit in cõe, cõtemnit? An nõ delicata quædã res
est, e nauigatione nausea, e iactatione cruciatus, e tẽ
pestate periculũ, morsq; ac naufragiũ semper obuer
sans oculis? Quũ toties p syluas horridas, p inculta
nemora, per crepidines asperas, per mõtes perrepta-
ret præcipites, & vias obsessas latronibus, cũ quassus
ventis

vētis, cōsperſus luto, cōplutus ac mādidus, a via feſſus, a labore laſſus, malo ſubinde acceptus hoſpitio, veſtrum cubile, veſtrum cibum deſideret. An nō voluptuari videtur, preſertim cum hæc tot mala, quæ virentem quoq; ac robuſtū iuuenē facile defatigēt obeat atq; ſuſtineat ſeneſcēte iā et ſtudijs ac laboribꝰ fathiſcēte corpuſculo, vt ſit pene ꝓſpicuum iam olim neceſſario fuiſſe tot malis ſuccubituꝝ, ni deus eū qui ſolē ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, etiā in ingratorum cōmoda cōſeruaſſet. Nam vndecunq; reuertitur, cęteris ōnibus egregios affert ſecum itineꝝ ſuorum fructus, ſibi vero nihil vnq̄ quicq̄, niſi detritam valetudinē, & ſuis beneficijs excitata maledicta peſſimoꝝ. Quāobrem tales ille ꝓfectiones tā gratas habet, vt niſi ſtudiorum cauſa poſtularet, hoc eſt publicum oīum cōmodum, quod ille priuato toties incōmodo redimit, perq̄ libenter omitteret. Interim vero nō niſi cum hijs verſatur, quos & doctrina cōmendet, & vita. Semper aliquid parturiens, qd poſt in illis, quæ tu ſic inceſſis itineribus nō abſq; publico ſtudiorum fructu pariat, quem ſi poſthabuiſſet ille ſuis ipſius cōmodis, cum corpus haberet hodie, minus aliquātō fractū, tum vero, multo magis vberē, locupletēq; fortunā, Principibus oībus, ōnibus fere magnatibus eximia cōditione certatim illum ad ſeſe pellicētibus. Quę certe par ac iuſtum fuerat, vti quēadmodum ab illo, vbi vbi viuat, eximius fructus in ōnes orbis partes, velut e ſole radij diffundūtur, ſic

ab õni parte vicissim cõmoda refunderentur ad illũ
Quamobrem quãdo ille sese totum alienis vtilitatibus impartitur, nec emolumenti quicq̃ sibi deposcit in terris, dubitare certe nõ debeo, quin ei deus ille benignissimus, vbi satius erit accepisse, retribuet. Eocp cũ illũ abste cõtemptũ tecũ cõparo, & vtriusq; merita cõpono simul, quãtũ videlicet humana fas est cõiectura cõsequi, spes indubitata suborit, cũ vtricp tandẽ illa dies affulserit, qua vestris vtutibus suũ reddet præmiũ, q̃q̃q̃ vt tuũ permagnũ fore spero, sic opto fore q̃ maximũ, tamẽ expẽsor æquus vtriusq; deus, qd̃ sine tuo dãno, atq; vt tũ affectus eris, etiã te libẽte fecerit, nõ vagationes eius tãtum præferat sessitationi tuæ, sed qm̃ bonis oĩa cooperant in bonũ, loquẽtiã eius anteferet tuo silẽtio, silentiũ eius tuis p̃ponet precibus, ciboseius tuis ieiunijs, & somnum tuis vigilijs ac denicp quicquid in illo tã supbe despicis, pluris oĩno faciet illis oĩbus, quecũcp in tua tibi vita tã suauiter adblãdiunt. Nã haud dubie q̃q̃q̃ fateri pudor impediat, nũq̃ tamẽ potuisset accidere, quẽq̃ vt tã arrogãter impeteres, ni mira psuasione sanctitatis, impẽ se placerestibi, qua vna re, nihil est vsq̃ religioni picu losius, aut a qua lõgius abesse te, pro meo in te amore cupio. Etem̃ mihi meicp similibus, qui misero fluctuamur orbe, vos profuerit velut inferne suspicere vestracp instituta, nõ aliter atq; angelicæ vitæ exemplar admirari, quo quasi stupore quodã virtutis alieuæ, nostra nobis vita vilescat impensius. At nobis

cõtra

cõtra nõ admodum fuerit vtile, aliorum vitam contemnere, & cõdemnare præ vestra, nõnunq; etiã meliorem. Verum assuescas potius in alijs, vel inferiora suspicere, de tuis vero nõ modo sentire modestius, verum õnia suspectare quoq;, trepidumq; semper viuere. Et q̃q̃ in bona spe, tamen omnino sollicitum, non tantum ne posthac aliquãdo corruas, iuxta id quod dicitur. Qui stat videat ne cadat. Sed ne iam olim ceciderís, actum potissimum, quum tibi maxime videbaris ascendere, nempe cum religionẽ ingrederis. Nec istud eo dico, qd quicq̃ dubitem, quin meliorẽ partem delegerit sibi Maria, Sed quoniam omnis iusticia mortalium, velut pannus est menstruate, eoq; etiam bona sua cuiq; merito debent esse suspecta, tibi fortasse nõ insalubre fuerit, addubitare timereq; tecum, ne tu vel in Mariæ parte non sis, vel Mariæ partem perperã delegeris: dum aut eius munus cui Christus Marthę postposuit officiũ: tu apostolorum officio anteponis: aut ne tibi visus: dum leuiter temet exanimas: in sanctã fugiens solitudinem: noxijs te subducere voluptatibus: in dei secretiore cõspectu: qui nos multo penitius introspicit: qui corda nostra profundius q̃ nos ipsi rimatur: cuius oculis imperfecta nostra videntur: deprehendaris: fortasse negocia detrectasse: & te subtraxisse laboribus & pietatis vmbra quæsiuisse voluptatem quietis: & molestiarum fugam appetisse: talentumque tibi creditum inuoluisse sudario: quod ne foras emitteres:

intus

intus perderes. Huiusmodi cogitationibus hoc saltem facies lucri: quod suggeretur occasione quo nihil est perniciosius, de tua tecum secta superbias, neue in priuatis nimium confidas obseruantijs, spēque vt in religione colloces potius Christiana, quã tua, nec inuitaris in illis q̃ per te facere potes, sed q̃ nisi p̃ deũ nõ potes, ieiunare potes ex te, vigilare potes ex te, precari potes ex te, quin potes & ex diabolo. Ceterum vere Christiana fides, qua Christus Iesus vere dicitur in spiritu, vere Christiana spes, quæ de suis desperans meritis, in vna dei benignitate confidit. Vere Christiana charitas, quæ non inflatur, nõ iracitur, non suam querit gloriam, nulli prorsus nisi sola dei gratia, & gratuito fauore contingunt. Quo plus fiduciæ posueris in communibus istis Christianismi virtutibus, eo minus assuesces fidere priuatis ceremonijs, vel ordinis tui, vel tuis in quibus quo minus fides, eo tibi magis conferent. Nam tum demum deus te fidelem seruum ducet, quum tu te duces inutilem. Quod merito certe poterimus, etiam si fecerimus omnia quæcunq; possumus, quod ego deum precor, vterque vt aliquando faciamus & ERASMVS etiam, nec faciamus tantum, sed vel multo potius, si multa feciſſe contingat, nihil vt nos omnino feciſſe censeamus, nam ea via potissimum eo conscenditur, vbi neq; nos quicquam virtus aliena torquebit, neq; lachrymam vllam lippientibus oculis excutiet aliena claritas.

Quod

Q d'in calce tãdẽ scribis meæ fore modestiæ ne tuas lr̃as cuiq̃ ostẽdã, nõ video qui id pertineat admodũ ad modestiã meã. Fuisset haud dubie tuę vel modestiæ, vl' certe prudẽtiæ ostẽdisse paucioribus. Modestiæ, si quales tibi vidẽtur, tales eẽnt. Prudẽtiæ, si q̃les ꝟe sunt, tales etiã tibi viderẽtur. Nũc ꝟo noua ẽ ista modestia: exigere a me silẽtiũ: quasi vl' tua tibi nõ placeret epl'a: vel declinares laudẽ: ac temet illico cum te gloriolæ pruritus incẽderet: q̃rere q̊sdã sil'i titillatos scabie: vt iucundo frictu parit' & scabereris: & scaberes. A quibus cum audirẽ passim eẽ iactatum, tuis elegãtissimis: & a spũ sctõ dictatis epl'is, ita mutatũ me: vt Erasmica scripta reiecerim: arbitratus sum cõueni re mihi: meã sentẽtiã lr̃is vt testatã redderẽ: eorũq; vel stultitiã si credidere: vel maliciã si cõfinxere, cõuincerẽ. Etem̃ iudicare nõ possum q̊nã pacto lr̃æ tuæ affecerũt illos: qñ asinino palato placẽtes cardui: locũ etiam fecerunt adagio. Mihi certe nihil in eis visum ẽ vsq; adeo splẽdidum: vt nobis oculoꝝ sic perstrigeret aciẽ: quin qd' albũ eẽt: albũ etiãnum videretur. Hũc itaq; meũ aĩm: cum ꝓpt' vanissimã siue tuã, siue tuoꝝ iactãtiã declarãdũ eẽ censuissem: hacten⁹ tñ statui habere semp famæ tuæ rõnẽ: vt neq; nomẽ tuũ alioqui mihi ꝑcharũ meis lr̃is insererẽ: & e tuis ipsius (q̃ qdẽ in mea manu eẽnt) expungerẽ. Hoc vereor ne paulo videri possit inuerecundius dictũ. Atq; istoc pacto fiet: vt quicquid hoc de facto tuo: vel dicent vel sentient hoĩes (de q̊ boni doctiq; sentient dicentq; oẽs, ꝓ-

cul

cul dubio pessime) nihil te tñ pudoris ac ruboris attigat. Illud mihi vehemẽter placet, qd vbi satis debachatus es, redditus tãdem tibi, factus es in fine placatior, insinuata spe, iræ in Erasmum cõditione nõ admodum difficili cõponendæ. Nã hunc in modum scribis. Nec tñ vsq; adeo inimicus sum Erasmo, quin facile cum eo in gratiã redeã, si ille sua correxerit erratula. Pape, beasti hoiem, qui alioqui periculũ erat, ne mœrore miserè maceraret sese, si spes ois prsus adẽpta eẽt, fore vt aliqñ te, tanto videlicet viro, magis vtere ppitio. Verum nunc, quãdoquidem tã facilem pacẽ offers, in qua tã æqua postulas, haud dubie parebit auide, corrigetq; ptinus, simul atq; tu errores eius ostenderis. Nã hactenus tantũ ostendisti tuos. Qz q; ea ipsa quæ tu vocas erratula, nempe verriculum p sagena, & remitte p dimitte: & discumbentibus, pro discumbentium, atq; eiusdem generis alia: sicubi latinum vocabulum p barbaro suppositit: aut sermonem purum pro solœco: aut perspicuum pro ambiguo: Sicubi vel interpretis errorẽ correxit: vel scriptoris lapsum restituit: vel græcitatis idioma Romanæ linguæ figuris enunciauit. Hęc inquam ipsa potius q̃ te inimicum habeat: immutabit oĩa ac barbarismos oẽs: oẽs solœcismos: quicquid vsq; fuit obscurum: quicquid aut dormitãter versum: aut inemẽdate transcriptum: Erasmus hunc thesaurũ omnem qñquidem nõ furtũ tantum (vt video) sed sacrilegium q̃q; dum hæc auferret e templo: cõmiserat: in sanctua

ctuariũ rursus bona cũ fide reponet. Nihil eo deterritus: ꝙ bonos doctosqꝫ oẽs ab se alienare videbit: ꝙs illo officio deuinxerat: quãdo illorum vice oĩm tandem atqꝫ apologastrum illum, hoc est populi vice, primarios quosdã principes, ac veluti litteratorũ oĩm duumuiros conciliabit sibi. Sed omisso ioco, hoc vnum certe sicuti abs te probe pieqꝫ factum est, ita ego ꝙqꝫ vere atqꝫ ex aĩo laudo, ꝙ dũ erratula tantum fateris esse quæ sunt corrigenda, fateris interim verecunde quidem pro tua modestia, sed veretñ, ꝙ te mendacio liberares tã scelesto, confiteris inq̃ falsa fictaqꝫ esse oĩa, quę de hęresi, de schismate, decꝫ Antichristi præconio initio præferuidus obieceras. Neqꝫ eñ vsqꝫ adeo mihi deploratus es, quin melius de te sentiã, q̃ vt hæresim, schismata, atqꝫ Antichristi præconium, quorũ atrocitatem scelerum, nulla malorum moles exæquarit, pro leuiculis habeas erratulis. Q̃obrem cum te videã, quicquid erat graue recantasse, nõ est animus de leuibus tecum cõtendere. Vt vtrinqꝫ pariter quæ dicta sunt, habeãtur indicta oĩa, tumultusqꝫ ois vt de nihilo natus est, ita in nihilũ vicissim desinat, atqꝫ hæc tragœdia tandem exeat in comœdiam. Vale. Et si claustro nolis frustra claudi, quieti potius spirituali, q̃ istiusmodi rixis indulge.

FINIS.

a1694585

dilec

pnum

as dnj

Cū dedit sompnū .i. mortē tēporalē in qua ē secura pausatio Dedit
dico dilectis suis. Post mortē enī surgent dilecti. Vnus enī p mortē exalta
tus ē g̃ et tuā exaltationē p mortē spa. Sede g̃ prius. et sic surges. Ecce he
redit. Sedō dicit que sit hered. et quomodo collecta. q. d. Dilecti post sompnum
surgent. et q̄ sunt dilecti. filij. q̄ filij. q̄ sunt fructus ventris. et istis quid erit. Ecce hi

ñ est quo intret qđ illi p̄dicauerunt. Funde ḡ qđ portas. & sic fies capax ad
id. qđ non habes. Et uere beatus ē qui implet. qꝛ ñ confundet̄ cū loquet̄
in porta. i. in xp̄o inimicis suis. Quia ñ erubescit qui in xp̄o loquit̄. et eius ho
norem querit. ñ suum. Vt ñ confundet̄ cū loquet̄ i. s. i. porta. i. in cōmuni.
ut om̄s nouerint quid loquat̄. Bonus gradus ē. ut pacificus caste
[illegible] ne monet caste tunc

Beatus
pleuit
suū ex

n